

NOUS DOCUMENTS PER A LA BIOGRAFIA D'ARNAU DE VILANOVA

Són ja en nombre considerable els documents arnaldians en situació d'ésser aprofitats per a l'estudi definitiu del gran Metge català. Des del seriós assaig que publicà l'any 1879 Menéndez y Pelayo fins als més recents articles i monografies arnaldianes, indubtablement hem fet un bell camí cap a l'estudi de conjunt que reclama la rellevant figura del Metge-Vident¹. Molts opuscles de caient teològic o mèdic, fins ara inèdits, han vist la llum pública, en tot o en part, durant aquests cinquanta anys²; noves peces documentals han estat descobertes i utilitzades ja per a il·lustrar la seva dèria reformista, per a vindi-

¹ Quatre són els autors de consulta obligada en tractar-se d'A. de V.: M. MENÉNDEZ Y PELAYO, *Arnaldo de Vilanova, médico catalán del s. XIII*. Madrid, 1879 (treball incorporat després a la seva *Historia de los heterodoxos españoles*, ed. 1.^a: Madrid, 1880, I, 449-87 i 720-81; ed. 2.^a: Madrid, 1918, t. III, 179-225 i XLIX-CXXIX).—B. HAUREAU a l'*Hist. litt. de la France*, t. XXVIII, 1881, 26-126 i 487-490.—H. FINKE, *Aus den Tagen Bonifaz VIII*. Münster, 1902, pp. 191-226 i CXVII-CCXI; *Acta Aragonensia*. Berlín-Leipzig, 1908-1922, 3 vols. passim.—A. RUBIÓ I LLUCH, *Documents per la cultura catalana mig-eval*. 2 vols. Barcelona, 1908-1921. De l'escola de Finke han sortit les belles monografies de M. VAN HEUCKELUM, *Spiritualistische Strömungen an den Höfen von Aragon und Anjou während des Höhe des Armutstretes*, Berlín, 1912; C. A. WILLEMSSEN, *Kard. Nat. Orsini (1263-1342)*, Berlín, 1927 i de K. L. HITZFELD, *Studien zu den religiösen und politischen Anschauungen Friedrichs III. von Sizilien*, Berlín, 1930, on abunden les referències arnaldianes; i principalment cal esmentar P. DIEPGEN, *Arnald von Villanova als Politiker und Laientheologe*, Berlín-Leipzig, 1909, i l'assaig sobre la formació intel·lectual d'A. de V. que publicà a *Archiv für Gesch. der Medizin*, III, 1909-V, 1911.

² Ultra les obres fragmentàriament publicades per Menéndez y Pelayo i Finke, recordem ara les següents: a) *De improbatōne maleficiorum* publicada per Diepgen a l'*Archiv. für Kulturgesch.* IX, 1912, 385-403; b) el *Libellus regiminis de confortatione visus* editat per P. PANSIER a *Mémoires de l'Académie de Vaucluse* 1903, 1-6; c) l'*Alphabetum catholicorum* imprès per W. BURGER a *Römische Quartalschrift* 1907, 163 ss.; d) el *Thesaurus pauperum* en dialecte sicilià que publicà G. B. PALMA a *Aevum*, V, 1931, 401-478; e) el *Rahonament* d'Avinyó novellament editat per FARAUDO al *Recull de textos catal. ant.*, fasc. XI, 1909; f) els dos textos italians d'*Informatio beguinorum* o *Lectio Narbonensis* i *Epist. ad priorissam de charitate*, que donà a conèixer F. Tocco a *Studi francescani*, Napoli, 1909, 223-226; g) i, per últim, els dos textos catalans de l'esmentada *Lectio Narbo-*

car la seva ortodòxia o simplement per assenyalar el seu itinerari o saber la quantia dels seus béns³. Fins comptem amb un intent, en mala hora estroncat, de *Diplomatari arnaldia*, la publicació del qual inicià, amb cura diligent, el Sr. Alòs-Moner als *Estudis Universitaris Catalans*⁴. Les presents peces inèdites volen ésser la nostra modesta cooperació a la tasca que ens ha promès de reemprendre aviat el docte amic.

†

P. MARTÍ DE BARCELONA, O. M. Cap.

nensis o *Informatio beguinorum* que publicà ALÒS-MONER a *Festgabe Finke*, München, 1925, 187-199 i *Super facto adventus antichristi* o *Confessió de Barcelona a Quaderns d'estudi* XIII, 1921, segons un ms. de Morella.

³ La sentència de Tarragona, 1316, contra A. de V. (VILLANUEVA, *Viaje literario* t. XIX, 321 ss. i MENÉNDEZ Y PELAYO, *Heterodoxos*, ed. 2.^a, t. III, p. CXXIII ss. suscità la rèplica vigorosa de R. Conesa, el seu marmessor testamentari, que publicà el DR. R. CHABÁS: *A. de V. y sus yerros teológicos en Homenaje á Menéndez y Pelayo* (Madrid, 1899), t. II, 367 ss. I un estudi acabadíssim de la posició ideològica d'Arnau enfront als problemes de la reforma eclesiàstica i de la pobresa franciscana el trobareu en l'obra del P. JOSEP M.^a POU OFM., *Visionarios, beguinos y fraticelos catalanes*. Vic 1930, pp. 34 ss.—Quant al Testament de Mestre Arnau que aparegué al *Bol. R. Acad. Hist* t. 28, 1896, 87-90, vegeu-ne els comentaris del P. FITA, S. J. (*Ibid.* 91-92), de L. DÉLISLE (*Journal des savants* 1896, 342-355) i de MOREL-FATIO (*Romania* XXV, 1896, 479-480). Al diplomatari de R. d'Alòs que esmentarem adés, hi ha moltes peces que ens donen a conèixer alguns dels béns, censos, etc. que posseïa A. de V.; d'altres, referents a això, n'esmentà R. CHABÁS en el seu article *¿A. de V. valenciano?* de la *Rev. Valenciana de ciencias mèdicas* III, n. 25, 1901, pp. 2-9 i últimament n'han assenyalat d'altres, inèdits la majoria, E. OLMIOS en el seu *Inventario de los documentos escritos en pergamino del Arch. Cat. de Valencia* (*Bol. Acad. Hist.* t. 103, 1933). Cal afegir encara a tot això l'*Inventario de los libros, ropas y demás efectos de A. de V.* que imprimí el Dr. Chabás a *Rev. de Arch. Bibl. y Museos* èp. III, t. IX, 1903, 189-205, i l'article de R. d'ALÒS-MONER *De la marmessoria d'A. de V.* publicat a la *Miscel·lània Prat de la Riba* t. I, 1923.

⁴ R. d'ALÒS, *Col·lecció de documents relatius a A. de V.* a *Estudis Univ. Catalans* (= *EUC*), III, 1909, 47, 140. 331, 447, 541; IV, 1910, 110, 496; VI, 1912, 90-103.

I

Barcelona, 29 març 1286

El rei Alfons II es fa càrrec dels deutes de Ferran, abat de Montearagón. Entre els seus acreedors apareix Mestre A. de Villanova.

Nos Alfonsus, Dei gracia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie ac Comes Barch.: Ad instanciam et supplicacionem venerabilis et dilecti avunculi nostri domni Ferrandi abbatis Montis-Aragonum, infirmitate detentus, promittimus et obligamus nos soluturos si ipsum mori contigerit... Magistro de Villa clerico, Arnaldo Dusay campori, Guillelmo de Campbo candelero et Petro Judici apothecario, Ana Bochera pistrici, Romeo Gerardi, Petro Granoya sartori, Petro Catalani macellario, Arnaldo de Bastida, Dino Silvestri de Luca, Guillelmo Castanere, Saltello judeo, Raymundo..., Arnaldo Alamanni, Raymundo Bardoy, Bartolomeo de Villafranca Jacobo de Sancto Amero, *Magistro Arnaldo de Villanova*, magistro Thome, magistro Bernardo, fisicis, Berengario de Montepavone et Petro Vola creditoribus suis in quantitate nongentarum septuaginta quinque librarum et quinque solid. et septem denar. Barchin. quam dictus Ferrandus confessus est vobis debere cum instrumento publico ut in eo continetur. Et ad ea solvenda et complenda assignamus redditus et exitus nostros vallis de Alfondera de Maririyen (?) in hunc modum, quod medietas dicte quantitatis vobis hoc anno solvatur per tercias; et residua medietas eodem modo in anno proxime subsequenti. Mandantes Raymundo de Rivosicco seu cui libet collectori dictorum reddituum quod predictam quantitatem solvat vobis vel cui volueritis de redditibus et exitibus supradictis et a vobis instrumentum concessionis recuperet et hanc cartam. Datum Barchinone .iiii.º kal. aprilis anno Domini .m.ºcc.ºlxxx. sexto.

(Arxiu R. Patrimoni (= ARP), Mestre Racional, Rl 620, 37v.)

En el mateix registre apareix un document datat a Tarragona, 13 desembre 1287, en què consta que romanen encara a pagar 565 ll., 10 sous, 4 diners barc. Des de Barcelona, 14 març 1293 [1294], el rei Jaume mana a Arnau de Bastida, Mestre Racional, que faci en nom seu de marmessor testamentari del rei Alfons i rebi les reclamacions dels creditors. Com a tal es personà davant seu el 1.º d'abril del dit any Guillem Castanya, marmessor de l'abat Ferran de Montearagón, i li mostrà la lletra que publicuem, on apareix el nom d'A. de V., en companyia d'altres dos metges.

2

Barcelona, 8 abril [1293]

El rei Jaume II sollicita la presència d'A. de V.

Magistro Arnaldo de Villanova etc. Cum nos pro quibusdam negociis vos necessarium habeamus, mandamus et dicimus vobis quatenus, receptis presentibus, ad nos ubicumque fuerimus venire curetis omnino; et hoc non differatis aliqua ratione. Datum ut supra.

(ACA. Reg. 98, fol. 21.)

Segurament que Mestre A. era aleshores a Montpellier. Al castell de Meullon el 20 de juliol de 1292 finia A. el seu *Tetragrammaton* que parcialment edità FINKÉ (*Aus den Tagen Bonifaz VIII*, p. CXXIX), tret del ms. Vat. lat. 3824 on ocupa els ff. 23-28. I sembla que no tornà a Barcelona fins a l'abril de 1297, d'ordre de Jaume II, com veurem més avall. A Montpellier estudià A. vers 1260-1270, puix que el 1306, consultat sobre certs punts de l'Estatut universitari, respongué que la pràctica que indica sobre el doctorat en medicina, vigeix, segons el seu record, des de fa 45 anys (vegeu *Cartulaire de l'Univ. de Montpellier*, vol. II, Montpellier, 1912, 61-62 i 857).

3

1293

Notícia del compte d'A. de V. sobre la gabella de sal de Burriana.

“Trobam en .i. quaernet dels comptes d'en Bastida que deu retre compte Maestre A. de Vilanova d'aytant com val més la gabella de la sal de Borriana de .ii. millia solidos que n'ha de violari.”

(ARP. Mestre Rac. R. 774, f. 82.)

És la primera vegada que apareix aquest violari atorgat pel rei Jaume II al nostre Metge, segurament poc abans de 1293, puix que el 24 febrer de 1299 [1300] mana el rei pagar les set anualitats que es devien a A. de V. per aquest concepte (*EUC.*, III, 1909, 532).

4

Roma, 1 març 1296 [1297]

Jaume II nomena A. de V. metge de la seva muller Blanca.

Jacobus etc. prudenti viro magistro Arnaldo de Villanova etc. Cum ad nostra et illustris domine Blanche, regine Aragonum, karissime consortis nostre, servicia fructuosum et utilem reputemus, vos de certa fide et sufficiencia plene confidimus, attente requirimus et rogamus, quatenus, receptis presentibus, omni excusacione remota, mora postposita, ad eandem dominam reginam vos personaliter conferatis in hospicio suo de cetero moraturus, sibi, ut experta et probata discrecio vestra novit, diligenter et fideliter serviturus; nos autem in partibus illis esse in brevi disponimus, Altissimo permitte, et tunc super facto vestro curabimus providere secundum quod vestram excellenciam deceat et nos delectet cura nostra et sua servicia fideliter laborasse. Datum ut supra.

Guillelmus de Solanis

(ACA. Reg. 321, fol. 42.)

En qualitat de Metge Reial assistia A. de V. el rei Pere el Gran en el seu llit de mort el nov. de 1285. (Vegeu I. CARINI, *Gli arch. e le bibl. di Spagna*. Palerm, 1884, II, 204; ZURITA, *Anales de Aragón*. Saragossa, 1669, I, 298). Jaume II emprenia pel novembre de 1296 el seu primer viatge a Roma d'on retornà el 20 d'abril de l'any següent (*Chronicon Barcinonense* publicat a *Marca Hispanica*. París, 1688, col. 757). A. de V. residia aleshores a Montpeller, on el 30 d'octubre de 1295 comprava uns censos (Arx. Catedral València, perg. 809). La reina Blanca residia a Barcelona, on esperava la naixença de l'infant Alfons; en retornar el rei hi trobà de segur el famós Metge, el qual degué romandre a la Ciutat Comtal fins al setembre de 1297 que féu un viatge a València, segons es desprèn del document que segueix.

5

Terol, 4 octubre [1297]

Jaume II renya a Berenguer de Mas per no haver pagat encara els 1.000 sous que devia a A. de V., el qual sortia de viatge fora de Catalunya.

Jacobus, Dei gracia etc. Ffidei suo Berengario de Manso, de domo nostra, salutem etc. Cogimur de vobis non modicum aggravari; nam nuper, si bene recolitis, apud Ilerdam injunximus

vobis oretenus quod daretis et solveretis dilecto phisico et familiari nostro magistro Arnaldo de Villanova de peccunia bovatici seu alia quacumque peccunia curie nostre penes vos existente mille solidos jacc. quos ei graciose duxeramus concedendos; et cum vos nondum predictos mille solidos eidem ut tunc nobis concessistis exsolveritis nec eciam exsolvere curaveritis, volentes penitus eidem magistro Arnaldo satisfieri de predictis mille solidos more predicto, dicimus et mandamus vobis firmiter et expresse sub pena gracie nostre firmiter injungentes quatenus, statim receptis presentibus, omni mora et excusacione sublatis, dictos mille solidos jaccenses apud Valenciam mitatis ipsique in tabula Bernardi Planella, civis et camporis Valencie, deponi et per eundem Bernardum tradi, tribui et exsolvi predicto magistro Arnaldo, vel cui voluerit loco sui, penitus faciatis, sic quod idem magister Arnaldus, qui de partibus domini nostri est recessurus ad presens, predictos mille solidos penitus ante recessum suum possit recipere et habere, sciturus quod, secus fieret, essemus ex inde multipliciter aggravati et propterea contra vos adeo provocati quod sentiretis quod grave nobis occurrit mandata nostra juxta votum nostrum per officiales nostros non exequi et compleri. Datum Turolii .iii.º non. oct. [1297].

(ACA. Reg. 264, f. 99v.)

Aquests 1.000 sous devien ésser la paga de l'assistència mèdica que prodigà A. de V. a Blanca d'Anjou. El fet de manar que fossin remesos al banquer valencià Bernat Planella per tal que aquest els lliurés a A. de V., vol dir que el nostre metge, abans d'entornar-se'n a Montpeller, féu una visita als seus familiars i procuradors residents a la ciutat del Túria. Aquest document, en què es parla d'un viatge d'A. a fora de Catalunya, lliga amb els coneguts d'11 i 28 d'octubre que signà el rei des de Terol (*EUC.* III, 1909, 447-448). A últims de novembre ja era fora de València Mestre A., puix que, des d'allà li demana Jaume II, a 29 d'aquest mes, que li indiqui un metge per acompanyar-lo a la guerra contra Sicília (*EUC.* III, 1909, 448). En aquesta data, i tal vegada en vistes a l'educació religiosa del primogènit, escriví A. de V. el seu *Alphabetum catholicorum* o *Dialogus de elementis fidei* imprès recentment per Burger; i ja a Montpeller, seguint la trajectòria literària iniciada el 1292, redactà el *De prudentia catholicorum scholarium* i el famós tractat *De tempore adv. Antichristi*.

6

Barcelona, 27 maig 1298

Plet ocasionat per la construcció d'una finca d'A. de V. a la ciutat de València i ordre del rei de solucionar-lo.

Justicie et juratis civitatis Valencie: Cum intellexeramus quod in quadam populacione dilecti et familiaris nostri magistri Arnaldi de Villanova quam noviter construi facit circa domum fratrum de Penitencia vel saccorum, quidam vicini eiusdem, super et contra forum et justiciam, opponentes impediunt illius populacionis hedicacionem pro eo quod cursus aquarum tam pluivialium quam aliarum versus eorum carrerias dirigi non permitant, vobis dicimus et mandamus quatenus, visis et diligenter inspectis locis hinc inde, faciatis assignari et determinari predicte populacioni cursus aquarum congruos prout forus et juris equitas limitabunt et condicionibus quibuscumque, super hoc mediante justicie rigore, silencium imponatis; et hoc sine mora et dilacione fieri volumus, notificantes vobis quod cum nos laboremus dictum magistrum Arnaldum graciis atrahere seu allicere ut in nostris partibus residere velit, non modicum gravemur si aliquis ipsum a nostro desiderio per injurias elongaret quecumque ipsius jura vel negocia perturbando. Datum Barchinone .vii. kal. jun. anno Domini .m.cc.°xc.°viii.°

R. Caprarii

(ACA. Reg. III, f. 285v.)

És de remarcar l'interès reial en pro d'A. de V. i el seu pla d'atreure-se'l a Barcelona. Ja la primera donació de 2.000 sous a favor seu (Lleida, 18 agost 1281: *EUC.* III 1909, 50; *FINKE, Acta Aragonensia*, II, 878), imposava com a condició la seva residència a la Capital de Catalunya. — Aquest plet enutja el rei, el qual posa tota la seva protecció de la banda d'A.; amb tot no quedà liquidat l'afer, sembla, fins a mitjan 1300, segons és de veure en els documents ns. 10-13.

7

[Calatayud, 18 octubre 1299]

Jaume II a Felip el Bell, de França: li recomana l'afer de l'infant Ferran de Castella i li anuncia el nomenament dels seus delegats per a l'examen del plet d'Aran.

Illustrissimo et magnifico principi Philipo, Dei gracia regi Franchorum, consanguineo nostro karissimo. Jacobus, per eandem, rex etc. prosperorum ubertatem successum cum salute: Mentem vestram responsalis littere vestre per quam manifestius nobis innotuit regalem magnificenciam communes consanguineos illustres Alfonso, regem Castelle, et inclitum infantem Ferdinandum, fratres, ultra eciam naturalis metis instinctus, interna dileccione complecti, et quod eis cordis affeccione compatitur eosdemque intendit graciosam prosequi dextera et efficacis exhibicione juvaminis confovere, continencia multipliciter exultavit. Credimus eciam firmiter ac tenemus quod sicut hoc tanti principis benivolencia largiflue pollicetur, ita pollicitum habundancius per effectum operis explicabit. Nos autem ut hucusque negocia dictorum fratrum promovimus eo modo precipue et efficacius usque ad consumacionem Deo propicio obtinendam proponimus promovere. Ceterum quia tam ex ejusdem responsive tenore quam ex notificacione potissimum literatorie nobis facta per magistrum Arnaldum de Villanova, dilectum phisicum, consiliarium et familiarem nostrum, nuper per nos ad presenciam regiam destinatum, percepimus vos, benigne suscepta legacione super articulis vallis de Aran et invasionis comitatus Pallariensis et nove oppresionis que fit in Aquis mortuis hominibus terre nostre, comisisse venerabilibus et discretis viris episcopis Tolosano et Suexionensi et archidiacono Algie ut ad partes Aquarum mortuarum et Tolosani personaliter accedentes intendant circa hec fine debito terminande. Ecce quod nos a simili ad eandem venerabilem patrem in Christo Petrum, divina providencia Tirasonensem episcopum, et discretum Johannem de Turrefacta, sacristam Illerdensem ad partes predictas continuo progressuros... deputandos. Placeat igitur ut sicut in premissis et aliis nos et vos contingentibus, ut postulat affinitatis nexus et alia plura subsidia que personas et regna ac terras utriusque copulant et coniungunt, velitis et jubeatís procedi quod vere dileccionis sinceritas ad invicem augeat, et illesa perpetuo conservetur. Datum.

(ACA. CRD., caixa 81, n. 1965.)

Minuta de resposta reial. Es troba junt amb la següent.

8

Calatayud, 18 octubre [1299]

Nomenament del vocals reials, els quals, junt amb els nomenats pel rei de França, han d'examinar sobre el terreny les reclamacions de què és portador Mestre A. de V. de part de Jaume II.

Jacobus etc. Magistro Arnaldo de Villanova, dilecto phisico, cancellario (consiliario ?) et familiari nostro, salutem et dilectionem: Percepto ex continencia litterarum nobis per vos missarum quod illustris princeps Philipus, rex Francorum, exposita per vos prelibato regi legacione vobis comissa, idem rex benigne acceptans sibi per vos exposita super articulo vallis de Aran et super articulo invasionis comitatus Pallariensis et super articulo nove oppresionis que fit in Aquis mortuis hominibus terre nostre, comisit venerabilibus et discretis viris Episcopis Tolosano et Suexionensi ac archidiacono Algie ut personaliter accedant ad Aquas mortuas et partes Tolosani circa dicta negocia processuris et intenturis; ideo significamus vobis nos sollicitati a vobis ut viros notabiles auctoritate et prudencia atque pericia juris et facti eligeremus mittendos ad predictas partes racionibus supradictis, Venerabilem in Christo Patrem Petrum, divina Providencia Tirassonensem episcopum, ac Johannem de Turrefacta sacristam Illerdensem et Guillelmum de Castroveteri militem, versus dictas partes continuo progressuros ad predicta tractanda, facienda et ordinanda providimus deputandos; propter quod vos atente rogamus in agendis et pro faciendis negociis hujusmodi, una cum predictis nunciis nostris, velitis personaliter accedere, et sic circa ea sollicite et cura exacta, ut de vestra discrecione plene confidimus, intendere quod jus nostrum illibatum servetur. Datum Calatayud .xv.º kal. novembris.

(ACA. CRD. Jac. II, caixa 81, n. 1965.)

Cap allà l'agost de 1299 degué ésser cridat novament Mestre A. a Barcelona. El rei li confià l'ambaixada a la Cort de França que tant influí en el curs de la seva vida atzarosa. (Vegeu els capítols o instruccions que rebé en aquesta avinentesa, en FINKE, *Acta Arag.* I, 452 i *EUC.*, IV, 1910, 110). El 18 d'octubre les negociacions anaven per bon camí; en aquesta lletra i en l'anterior se'ns fa conèixer els noms del comitè mixt que devia examinar sobre el terreny el fonament de les queixes formulades pel Comte-Rei. Està aquest document en mal estat i

sembla tractar-se de la minuta de respostà reial. A. de V. devia, segons ella, acompanyar la dita comissió. Els debats teològics que suscità el seu *De adventu Antichristi*, degueren, però, impedir-li fer aquest viatge.

9

Barcelona, 28 gener 1299 [1300]

Ordre reial de pagament de 544 sous borcelonins a A. de V.

Jacobus etc. Dilecto consiliario suo, Bernardo de Serriano etc. Cum venerabili et dilecto magistro Arnaldo de Villanova debeantur per curiam nostram pro quitacione sua de tempore quo nobiscum fuit usque per totum presentem mensem januarii quingentos quadraginta quatuor solidos barch., idcirco vobis dicimus et mandamus quatenus, visis presentibus, solvatis dicto magistro Arnaldo predictos denarios vel cui voluerit loco sui, presentes loco apoche retenturus. Datum Barchinone .v. kal. februarii anno predicto.

Petrus Marci
mandato regis

(ACA. Reg. 266, f. 86v.)

El present document sembla indicar la data aproximada del retorn d'A. de V. a Barcelona, on romangué un parell de mesos, segons es dedueix de les següents peces. Ultra aquest pagament, A. de V. rebé 1000 sous barc, més el 20 de febrer (*EUC.* III, 1909, 532).

10

València, 17 abril 1300

Sobre el plet entre A. de V. i Berenguer Mercet.

Sapient tots que dimarts que hom comtava e dehia .xiii.º kalendas madii anno Domini millesimo trecentesimo en presencia de mi en Pere Ferer, públich notari de València e dels testimonis dejús scrits, comparech en G. Pelegrí, saig de la Cort de València davant en Ramon de Junqueres, mustasaf de la dita ciutat, e dix e proposà denant aquell, que com los Jurats de la ciutat de València aguesen ordenat ahut acort de bons hòmens Consellers de la dita ciutat que les aygues pluyals les quals cahien en la pobla la quall maestre Arnau de Villanova ha e poseeix en la parroquia de sant Johan del mercat de València s'escorregués ves la era dels Pelicers se-

gons que fer se devia. Emperçò lo dit en Guillem Pelegrí, de part d'en Gil de Lahorí, lochtinent de procurador en lo regne de València, establie lo dit en Ramon de Junqueres personalment en la dita pobla en presència de molts manà al dit en Ramon de Junqueres que'll que menàs o que faés menar la ordenació que'ls Jurats feita avien sobre'l descorriment de les dites aygues a execució. Lo qual en Ramon de Junqueres, mostasaf, ahut lo dit special manament del dit saig de part del dit lochtinent de procurador, en continent faen menar la dita ordenació a execució e ffaen cavar a dos bons hòmens terra que era lo cap de la dita pobla, en Berenguer Mercer ensemps ab d'altres ab mà armada e ab espaes treytes esvairen la pobla del dit mestre Arnau e entran e passen per aquella, present lo dit mestre Arnau, lo dit mustaçaf e lo dit saig vengueren contra los dits bons hòmens qui cavaven la dita terra e acassaren aquells axí que si amagats no's fosen, que'ls agueren ferits o mort. E ell dit notari ensemps ab lo dit mestre Arnau e ab lo dit mustaçaf e ab lo dit saig e ab los altres que aqui eren agueren a ffogir e a departir-se d'aquen. De les quals totes coses e sengles lo dit mestre Arnau de Vilanova demanà ésser feyta carta publica a conservació de son dret e a perdurable memòria. Les qualls totes coses fforen feytes en València en la dita pobla, en lo dia e an en la primera regla escrits. Presents testimonis en Jacme de Albalat, sagristà de la Seu de València; mestre Berenguer des Far, fisich; en Bernat Planell, cambiador; en Bernat de Asenuy; en Johan Desclapés e molts d'altres. Sig ✠ num Petri Ferrarii notarii publici Valencie, auctoritate regia, qui hiis omnibus et singulis una cum prenomminatis testibus presens fuit et predicta, rogatus a dicto magistro Arnaldo de Villanova scribi et in formam publicam redegit, fecit et clausit loco, die et anno prefixis.

(ACA. Perg. Jac. II, n. 1360.)

II

València, 17 abril 1300

Sobre el mateix afer.

Sapient tots que dimarts que hom dehia e comptava .xiii.º kals. madii anno Domini .m.ºccc.º en presència de mi en Pere Fferrer, notari públich de València e dels testimonis dejús scrits, comparech mestre Arnau de Vilanova, fisich, davant la presència d'en

Gil de Lihori ... È com sia cert e manifest que lo dit lochtinent ... manás an Guillem Pelegrí ... que feés manament an Ramon de Jonqueres, mudaçaff, ... la dita ordenació a exsecució. È lo dit mudaçaff ... feés cavar e levar terra del cap de la dita pobla ..., no degudament ... en Berenguer Mercer ab altres ... esvaen la pobla ... Em per amor d'açò lo dit maestre Arnau denuncià totes les damunt dites coses e sengles al dit lochtinent de procurador e axí que dix e protestà que ell no denunciava les dites coses ni les entenia a denunciar perseguent sa injuria, mas denunciava aquelles en aytant com tocaren es faeren en perjudici del senyor Rey e en dan e en menyspreu d'aquell e dels dits mostaçaf e saig qui y eren per lo senyor Rey, com ell la dita sua injuria reservu assí en son loch e en son temps. De les qualls totes coses e sengles lo dit maestre Arnau, a conservació del dret del senyor Rey e a perdurable memòria, demanà ésser feita carta pública per mi notari dejús scrit. Les qualls totes coses foren feites en València en lo dia e an en la primera regla scrits. Presens testimonis maestre Berenguer dez Far, fisich; en Bernat Planell; en Bernat d'Assenuy e en Jacme Ramon de Cervera e molts d'altres. Sig ✕ num Petri Ferrarii notarii publici Valencie, auctoritate regia, qui hiis omnibus et singulis una cum prenominitis testibus, presens fuit et predicta rogatus a dicto magistro Arnaldo scripsit et in publicam formam redegit et clausit loco, die et anno prefixis.

ACA. Perg. Jac. II, n. 1361.)

Hem abreujat algunes frases, per tal com són repeticions literals del document anterior. El text és clar i complet.

12

Lleida, 10 maig 1300

Sobre el mateix afer.

Hoc est translatum fideliter factum .v.º idus madii anno Domini millesimo trescentesimo sumptum a quodam instrumento cuius tenor talis est: Noverint universi quod cum magister Arnaldus de Villanova, fisicus, requisivisset multociens juratis civitatis Valencie quod darent cursum aquis stillicidiis sue popule quam habet in parochia sancti Johannis de Buatella Valencie secundum usum et consuetudinem et antiquam observanciam civitatis Valencie et prout continebatur in quadam litera illustris domini regis, Petrus Ma-

çoni, Bernardus Columbi et Guillelmus de Bosco, jurati dicte civitatis, absente Petro de Guardia simul jurato eiusdem civitatis, personaliter accesserunt ad dictam populam die lune qua dicebatur .xiii.º kals. madii anno Domini millesimo trescentesimo. Et predicti Petrus Maçoni et Bernardus Columbi et Guillelmus de Bosco tam nomine ipsorum quam nomine dicti Petri de Guardia absentis, habito super hoc consilio et plena deliberacione cum iusticia et cum consiliariis et probis hominibus dicte civitatis, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum et plurium aliorum dixerunt et pronunciaverunt quod omnes aque decurrentes tam de canalibus quam de terratis de confrontacione carrarie que vadit *a les adoberies* Bernardi de Berga quondam defuncti veniant et decurrant per dictam carrariam; et omnes alie aque dicte popule tam de terratis quam de canalibus, vadant et decurrant versus aliam partem, scilicet versus populam Berengarii Mercerii; aque vero de Albellonis vadant et decurrant prout antiquitus consueverunt decurri et prout inventum fuerit quod antiquitus decurrebant. Et in continenti jurati supradicti dixerunt et mandaverunt Raymundo de Joncheriis, mostafacio dicte civitatis, quod dicta ipsorum juratorum mandaret execucioni. De qua quidem pronunciacione predictus magister Arnaldus peciit sibi fieri per me dictum notarium publicum instrumentum. Et incontinenti Bernardus Mercerii, nomine Berengarii Mercerii fratris sui absentis et tanquam coniuncta persona ipsius Berengarii, protestatus fuit quod si dictum sive pronunciacio dictorum juratorum verteretur in prejudicium dicti Berengarii, non intendebat dictis ipsorum juratorum consentire. Quod est actum Valencie quartodecimo kals. madii anno Domini millesimo trescentesimo, Sig✠num Petri Maçoni. Sig✠num Bernardi Columbi. Sig✠num Guillelmi de Bosco, juratorum predictorum, qui hanc pronunciacionem tulimus, Testes huius rei sunt Bernardus Plannelli, campsor; Jacobus de Teus; Laurencius Canals et Balagarius de Farfaynya. Sig✠num Ferrarii Pellicerii, publici notarii Valencie, qui hec scribi fecit et clausit. Ego Jacobus de Pulcrovicino, notarius publicus Ilerdensis, ut testis subscribo. Ego Natalis Ferrarii publicus Ilerdensis notarius, ut testis subscribo. Ego Aparicius de Sancto Martino notarius publicus Ilerde hoc transcribi feci et clausi et hic sig✠num feci,

(ACA. Perg. Jac. II, n. 1358)

13

Lleida, 20 maig [1300]

Encara sobre el plet de les aigües pluvials entre A. de V. i veïns de la finca seva en construcció a la ciutat de València.

Justicie Valencie, vel eius locumtenenti etc. Cum discretus vir magister Arnaldus de Villanova, fisicus, familiaris et fidelis noster hostenderit nobis quoddam publicum instrumentum confactum per manum Ferrarii Pellicerii notarius Valencie in quo continebatur quod, ad requisicionem dicti magistri, Jurati Valencie scilicet Petrus Maçoni, Bernardus Columbi et Guillelmus de Boscho personaliter accessissent ad quandam populam dicti magistri et, habito consilio et plena deliberacione vobiscum et cum consiliariis ac probis hominibus dicte civitatis, pronunciassent et pronunciando determinassent quod omnes aque decurrerentes tam de canalibus quam de terratis de confrontacione carrarie que vadit versus populam Berengarii Mercerii, decurrerent versus populam Berengarii supradicti; et mandaverint Raymundo de Junqueriis, mostaçafu dicte civitatis, quod dictum pronunciacionis eorum exsequi mandaret; et ipse Mostaçafus, volens pronunciacionem exsequi supradictam, fuerit per prefatum Berengarium Mercerii impeditus, nobis dictus magister humiliter supplicavit ut super predictis dignaremur de opportuno remedio providere. Nos, ipsa supplicacione admissa, vobis dicimus et mandamus firmiter et expresse, quatenus pronunciacionem predictam in vestri presencia per dictum Mostaçafum mandetis et faciatis exsequi et compleri omni appellacione remota; sciturus pro certo quod si super faciendo exsequi dictum mandatum nostrum negligens fueritis vel remissus, contra vos et bona vestra, mediante justicia, absque remedio aliquo procedemus. Datum Ilerde .xiii.º kal. jun. anno predicto [1300].

Petrus Martini

mandato regis facto per Guillelmum de Solanis.

Fuit scriptum sub forma precedentis mandati Bernardo de Libiano, baiulo regni Valencie generali, et post datam addita clausula hec: "Verumtamen si prefatus Justicia non curaverit dictum mandatum nostrum exsequi et complere seu facere exsequi et compleri, volumus et vobis dicimus ac mandamus firmiter et expresse, quatenus mandatum ipsum per eundem justiciam faciatis incontinenti exsequi mandari juxta litterarum nostrarum predicta-

rum sibi directarum continenciam et tenorem. Et quicquid super hoc feceritis seu factum fuerit nobis incontinenti illud significare curetis. Datum ut supra.”

(ACA. Reg. 117, f. 95v.)

Vegeu el doc. n. 6. Per aquests documents resta palès que A. de V. a primeries de 1300 tornava a ésser a la nostra terra. Sembla, però, que a mitjan 1300 s'entornava a París, segons ens ho fa suposar l'ordre tramesa pel rei, des de Calatayud a 23 de juliol, de recolsar les gestions de Ferran de Castella prop de Felip el Bell (*Acta Arag.* I, 450; *EUC.*, IV, 1910, 115). I a París signava el nostre Metge encara a 12 d'octubre la seva apel·lació a Bonifaci VIII contra els doctors de la Universitat (DENIFLE-CHATELAIN, *Chart. Univ. Paris.* II, 87-90).

14

València, 20 desembre [1301]

El rei, davant la malaltia de la reina, demana la presència de Mestre A. de V.

Viro provido, magistro Arnaldo de Villanova, dilecto consiliario et fisico nostro etc. Ad aures vestras pervenisse saltem fama referente pensamus qualiter illustris domina Blanca, regina Aragonum, karissima consors nostra, gravi infirmitate extitit lacessita de qua, licet tribuente divine potencie gracia convalescencie aliqualem specialem fuerit assequita, nondum tamen ad sanitatem pristinam perfecte reducta est. Cuius rei potissimum causa et quia eciam pro conservacione corporis nostri vestri presencia carebamus, mens nostra immensam supersit leticiam cum audivimus vos de Romana Curia advenisse. Eapropter discrecionem vestram ea qua possumus majori affeccione requirimus et rogamus et eciam dicimus et mandamus quatenus, visis presentibus, quibuslibet aliis postpositis negociis, ad presenciam nostram ubicumque fuerimus pro tam urgenti necessitate nostra sicut gratiam nostram caram geritis et sicut eventus nostros optatis prosperos, personaliter veniatis nullam moram in hoc aliquatenus comissurus. Datum Valencie .xiii. kal. jan. anno predicto.

Bernardus de Aversone mandato regis facto per
Gonsalvum Garcia

(ACA. Reg. 120, f. 178v.)

De París es traslladà A. a la Cúria Romana resident a Anagni, on romangué, sembla, gairebé mig any. En l'apel·lació a Bonifaci VIII emplaçava A. els seus contradictors per a la quarta setmana després de

Pasqua. Aquesta setmana corria el 1301 del 30 d'abril al 6 de maig. I l'ambaixador Guerau d'Albalate, ens assegura que A. havia arribat a Anagni a primeries de maig (FINKE, *Aus den Tagen Bonifaz VIII*, Münster, 1902, pp. XXVI-XXXVII i *Acta Arag.* I, 100-106); de retorn, creient veure en l'actitud del Papa una aprovació tàcita del seu *De adventu Antichristi*, n'envià còpies al rei d'Aragó, als framenors i dominicans de París i de Montpeller i al rei de França. L'adreçada a aquest darrer va datada a Gènova el 17 de novembre de 1301. Ara sabem que la nova del seu retorn pervingué a mitjan desembre a València, des d'on el rei li tramet la present lletra en què li prega que cuiti a venir. Durant el sojorn a la Cúria papal, escriví A. de V. encara el *Regimen sanitatis*, *De sigillis* i *Quaestiones tam essentielles quam accidentales*. Del primer d'aquests opuscles n'hi ha una versió catalana al cod. Vat. lat. Barberini, n. 311 (J. PIJOAN, *Miniaturas españolas en mss. de la Bibl. Vat.* Roma, 1914).

15

València, 27 gener [1302]

Agreujant-se la reina Blanca, Jaume II insisteix novament que vingui A. de V.

Discreto viro, magistro Arnaldo de Villanova, dilecto consiliario et fisico nostro, salutem et dilectionem: Jam nuper vobis per aliam litteram nostram scripsimus per hec verba: "Jacobus, Dei gracia rex Aragonum etc.: Viro provido magistro Arnaldo de Villanova dilecto consiliario et fisico nostro etc.: Ad aures vestras pervenisse saltem fama referente pensamus qualiter illustris domina Blanca regina Aragonum karissima consors nostra gravi infirmitate exitit lascessita de qua licet tribuente divine potencie gracia convalescencie etc. ut supra in calendario januarii." Quamquidem litteram vobis per duos cursores nostre Curie ad partes Francie destinatos duximus dirigendam. Et quia nondum rumores audivimus de accessu vestro ad nostram Curiam, proinde admirationem suscepimus vehementem; sed ab ea retrahimur arbitrando literam predictam vobis non fuisse actenus presentatam. Unde cum pro expressis in supra notata litera rationibus et ex nova eciam supervenienti causa que hec est, quia dicta consors nostra in partu quem gestat in utero sperat in proximo expediri, ex qua causa, precipue occasione valide infirmitatis quam passa est nec adhuc ex ea plenissime liberata, anelat et desiderat ac expectat ab hiis vestre artis ac sciencie auxilio sublevari, vos in partibus istis presentem esse volumus. Idcirco nos intima ac cordiali affectione rogamus vobis et, prout

expressius possumus, precipimus et mandamus, quatenus tot et tantarum causarum necessitate, sollicita et provida meditatione pensata, velitis visis presentibus, quibuslibet aliis occasionibus et negociis postpositis, venire ad Curiam dicte regine ubicumque fuerit accelerato accessu, ut regina ipsa ex obtato adventus vestri desiderio, remedium assequatur. Sic igitur circa hec vos hanc velitis, si nobis ullo unquam tempore servire desideratis, ne quod petimus pro repulse fastidium expellatur. Sciturus quod in hoc nobis et prelibate regine consorti nostre summum et gratissimum servicium facietis. Datum Valencie .vi.º kal. febroarii anno quo supra.

(ACA. Reg. 120, f. 231.)

A primeries de 1302 l'esperava el rei. Davant el retard, repeteix la instància des de València mateix el 27 de gener, segons és de veure en aquest document. La Reina sentia apropar-se-li el moment de deslliurar i Jaume II volia que, en aquella hora, ja que la passada malaltia l'havia deixat malparada, no li manqués l'assistència de Mestre Arnau. No tingué eficàcia encara aquesta segona instància, i l'11 de març tornà a insistir Jaume II (*EUC.*, IV, 1910, 498). Pel que es veu, A. de V. no degué arribar a Catalunya fins a últims de març o primers d'abril de 1302. Si tingué l'intenció d'arribar a últims de 1301 a la nostra terra (el rei li envià les anteriors lletres per dos correus a terres de Provença i, com hem dit, l'endrega del *De adv. Antichristi* al rei de França fou signada a Gènova el 17 de novembre), es veu que féu marxa enrera, puix que el 18 de març de 1302 Guerau d'Albalate parla al rei dels preparatius del viatge d'A. de V. a Catalunya. (*EUC.*, VI, 1912, 98; FINKE, *Aus den Tagen...* p. LVI). I a 8 d'abril, Jaume II, des de Lleida el faculta per tal que pugui vendre per un quadrienni la gabeïa de la sal de Burriana (RUBIÓ, *Doc. per l'hist. de la cult. catalana mig-aval* (= RUBIÓ), Barcelona, 1908, I 28; *EUC.*, VI, 1912, 99) i pugui disposar dels béns que té a València per a esglésies i causes pies (RUBIÓ, I 27; *EUC.*, p. 98). De la mateixa data és el document que segueix. Sembla, doncs, que A. de V. era a primers d'abril a Lleida.

16

Lleida, 8 abril 1302

A demanda d'A. de V., el rei afranqueix Pere Jutge, apotecari de Barcelona, d'exèrcit i cavalcada.

Nos Jacobus etc. De speciali gracia, ad preces et instanciam dilecti consiliarii nostri magistri Arnaldi de Villanova, enfranquimus ac franchum et immunem facimus vos Petrum Judicis apotecharius Barch., ab omni exercitu et cavalcata regali quamdiu vobis fuerit vita comes. Mandantes per presentem cartam vicario et bajulo

Barch. et universis aliis et singulis officialibus nostris presentibus et futuris quod predictam gratiam sive enfranchisementum predictum vobis in tota vita vestra observent et faciant inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permitant aliqua ratione. Volumus enim quod si communiter et non aliter dictus exercitus redimeretur vobis certa quantitate quam in illa teneamini solvere partem vestram. Datum Ilerde sexto idus aprilis anno Domini .m^occc. secundo.

Matheus Botella

(ACA. Reg. 199, f. 70v.)

Pere Jutge, apotecari barceloní, és nomenat per A. de V. marmessor seu testamentari el 20 de juliol de 1305 (R. CHABÁS, *El Testamento de A. de V. en Bol. R. Ac. Hist.* t. 28, 1896, 87-90) i, com a tal, apareix en l'inventari que, d'ordre de R. Conesa, es dreçà l'any 1311 (R. CHABÁS, *Inventario de los libros, ropas y demás efectos de A. de V. en Rev. Arch. Bibl. y Museos*, ép. 2.^a, IX, 1903, 189-203). Sobre aquest personatge vegeu els diversos docum. que anotem ací: ACA. Reg. 153, ff. 27^v, 52, 205^v; Reg. 158, f. 230^v, etc. Sembla que A. de V. seguí al costat de Jaume II fins a mitjan 1303, puix que el 27 juliol de 1302 veiem com el rei li fa ofrena d'una copa d'argent daurat (*Acta Arag.* II, 912), pel setembre li compra un mul (Cf. E. GONZÁLEZ-HURTEBISE, *L. de Tesorería de la Casa Real de Aragón*. Barcelona, 1911, I. p. 82 i 129, nn. 335 i 528 *EUC.*, VI, 1912, 100), i a l'escuder de Mestre A., Bernat Oliver, se li donen 60 sous barc. (GONZÁLEZ-HURTEBISE, *o. c.* p. 86, n. 355). També semblen reclamar la presència de Mestre Arnau al costat del rei els doc. nn. 18-22. Bernat Oliver, clergue, escuder i parent d'A. de V., apareix en el Testament d'aquest: el nebot del Mestre, Pere de Vilanova, Andreu Ferrándis i Bernat Oliver podran servir-se del lot d'obres arnaldianes que llegà A. de V. a *Scala Dei* mentre resideixin al monestir per motius d'estudi i pietat; apareix encara Oliver en el famós document pontifici de 15 de març 1312 (RUBIÓ, *o. c.* I, 56) i Simó Salvatge, ambaixador del rei Frederic, li sollicita un benifet a la Cort d'Avinyó (ACA. CRD., caixa 26, n. 10.011). És refereix al nostre Bernat Oliver, sembla, el Doc. n. 23 que donem més avall. ¿Era el seu pare el Ramon d'Oliver, ciutadà de València, que surt en l'*Inventari* de 1311? ¿Cal identificar-lo amb el famós agustinia homònim, bisbe i autor de l'*Excitatori de la pensa a Déu*?

17

Barcelona, 24 novembre 1302

Ordre que es pagui a R. Colrat el que li deu el rei, del sobrant dels rèdits de la sal de Burriana, un cop satisfets els 3.000 sous a Mestre A. de V.

Bernardo de Libiano, bajulo regni Valencie generali etc. Cum Raymundo Colrrati, civi Valencie, debeatur per curiam nostram aliqua peccunie quantitas cum carta nostro sigillo apendicio sigillata que fuit data Valencie .vii. idus jan. anno Domini .m^occ^oxcvii. et eciam cum quadam sententia Petri de la Costa, fidelis iudicis curie nostre, de qua quantitate sibi fuerunt facte diverse soluciones ut in dorso dicte carte nostre plenius continetur. Et licet quantitas in dicta carta nostra et sententia supradicta contente fuissent ei assignate super redditibus bajulie Burriane et gabelle salis ejusdem, quia tamen sicut nobis tunc fuerit relatum quod redditus memorati erant pluribus assignati et non sufficiebant assignacioni per nos in ipsis dicto Raymundo facte de eo quod sibi ad solvendum restabat, transtulimus et commutavimus eandem cum carta nostra super cabiçagio sive auxilio nobis in generali Curia Valencie concesso collectoribus ipsius cabiçagii directa, que nunc in Cancellaria nostra restituta fuit et pro cautela curie lacerata. Ideo cum de auxilio dicti regni bono modo ipsi Raymundo satisfieri non possit de eo quod sibi, ut dictum est, remanet ad solvendum propter perplures assignaciones ibi factas, et propterea supplicavit nobis ut sibi super hoc dignaremur providere benigne, nos, ipsius Raymundi attendente inopia, sicut nobis fuit expositum et relatum quod, soluta assignacione sive annua pensione .iii. mille solidorum regalium Valencie magistri Arnaldi de Villanova, dilecti phisici nostri, quam habet super redditibus gabelle salis predictæ, superest aliqua peccunie quantitas, ex qua poterit ipsi Raymundo satisfieri de predictis que sibi remanent, ut dicitur, ad solvendum; supplicacione ejusdem benigne admissa, volumus et vobis dicimus et mandamus, quatenus recepto per nos compoto a bajulo sive amnistratore reddituum salis gabelle predictæ pro dicto magistro Arnaldo, si ultra pensione predicti magistri aliqua superest vel supererit, deinceps de illo residuo satisfaciatis seu satisfieri faciatis prefato Raymundo Colrat de eo quod inveneritis sibi deberi seu ad solvendum restare de quantitate contenta in carta nostra et sententia supradictis, deductis solucionibus

in dorso ipsius carte appositis et contentis. Et facta solutione sive satisfaccione predicta, recuperetis ab eo cartam et sentenciam supradictas et presentem litteram cum apocha de soluto. Datum Barcinone .viii.º kal decembris anno predicto.

Petrus Marci ex peticione provisa

(ACA. Reg. 269, f. 111.)

Ramon Colrat deu ésser fill de Guillem Colrat, el qual signa com a testimoni en l'intercanvi, fet a 7 gener de 1289, entre A. de V. i Pere Marquès, del Castell d'Ollers per uns censals de València (*EUC.*, III, 1909, 140 ss.). Fa referència també a aquest personatge el document que segueix.

18

Tortosa, 9 febrer 1302 [1303]

A. de V. bestreu 1.000 sous anuals que li pertoqueu de Burriana a R. Colrat i el rei promet restituir-los a Mestre Arnau.

Confitemur et recognoscimus vobis venerabili et dilecto nostro magistro Arnaldo de Villanova quod cum Raymundus Colrati, vicinus Burriane, emisset redditus gabelle salis Burriane, et de precio ipsius teneatur vobis solvere mille solidos regalium racione provisionis per vos nobis assignate super redditibus dicti salis, vos consensuevistis et voluistis quod dictus Raymundus Colrati recipe-ret et retineret sibi dictos mille solidos insolutum usque ad concurrentem quantitatem quorundam peccunie quantitatum quas nos sibi debebamus; unde promittimus vobis solvere dictos mille solidos vel cui volueritis loco vestri. In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro jussimus sigillari. Datum Dertuse .v. idus februarii anno predicto.

Petrus Lupeti mandato regis facto per Romeum Geraldí

(ACA. Reg. 269, f. 142v.)

19

Lleida, 6 octubre [1303]

A precs d'A. de V., Jaume II assigna 6 sous diaris a Bernat d'Agramunt i, en cas de defunció, als seus fills, durant sis anys.

Nos Jacobus etc. Attendentes inopiam et paupertatem quam Bernardus de Acrimonte, de Valencia, patitur, ideo ejus inopie compacientes, ad preces discreti magistri Arnaldi de Villanova, dilecti familiaris nostri, concedimus et assignamus dicto Bernardo de Acrimonte .vi. denarios regales Valencie percipiendos qualibet die pro sustentacione vite sue super redditibus tabule pensi civitatis Valencie hinc ad .vi. annos a die confeccionis presentis carte in antea numerandos; et dicto Bernardo de Acrimonte deficiente seu descendente (!), concedimus et volumus quod filiis suis donetur qualibet die .vi. denarios per tempus dicatorum .vi. annorum. Mandantes per presentem cartam nostram bajulo regni Valencie generali presenti et qui pro tempore fuerit quod de redditibus tabule dicti penssi solvat qualibet die dicto Bernardo provisionem dicatorum .vi. denariorum per tempus superius nominatum; et dicto Bernardo deficiente, mandamus quod filiis suis dictos .vi. denarios solvat singulis diebus infra tempus predictorum .vi. annorum. Et de hiis que eis solverit, idem recipiat apocham seu apochas de soluto; transactis vero dictis .vi. annis, presens concessio et assignacio sit inrita et inanis, et nullam obtineat roboris firmitatem. Datum Ilerde .ii. non. oct. anno predicto [1303].

(ACA. Reg. 201, f. 45.)

20

Tortosa, octubre [1303]

El batlle de Barà reté uns llibres d'A. de V. que duia una barca, la qual naufragà en aquella platja; el rei ordena al veguer de Vilafranca que el castigui.

Ffidei suo, vicario Villefranche Penitencium vel eius locum tenenti etc. Nonnullis referentibus, percepimus quod bajulus loci de Berano libros dilecti consiliarii, phisici et familiaris nostri, magistri Arnaldi de Villanova submersos in mari propter naufragium

quod barcha in qua portabantur juxta locum predictum passa ex-
tigit, occupare contra jus et justiciam attemptavit, nec requisitus re-
stituere voluit, set tamdiu retinuit quod propter madefactionem de-
trimentum non modicum receperunt; hocque fecit pretextu cuius-
dam consuetudinis, que dici debet pocius corruptela que a jure
etiam reprobatur. Nos autem volentes ne hujusmodi maleficium
remaneat impunitum et corruptelam prefatam omnino tollere, cum
sit utencium periculum animarum, vobis propterea, auctoritate pre-
sencium, dicimus et mandamus, quatenus contra dictum bajulum
super excessu hujusmodi procedatis, sic quod si rem inveneritis
ita esse, eundem inde taliter castigetis quod ipse nec alius audeant
talia attemptare, imo pena per vos ei imposita sit aliis ad corre-
ptionem. Et ne ignoretur a nobis processus quem in hoc feceritis,
et ut videamus qualiter presens mandatum nostrum fueritis exse-
cutus, jubemus ut de eo quod circa hec processeritis nos inde quam-
civius informetis. Datum Dertuse .vi. kal. novembris anno pre-
dicto [1303].

Bernardus de Aversone mandato domini Episcopi. Et fuit hic
superadditum de mandato domini Regis.

(ACA. Reg. 130, f. 162v.)

Aquest interessant document ens faculta a creure en una nova
estada d'A. de V. a València. D'allí i per mar degué enviar a Barcelona
uns quants llibres seus; la barca en què viatjaven naufragà a la platja
de Roda de Barà. Venint de Lleida, el rei s'assabentà a Tortosa del
contratemp i de les pretensions del batlle, i féu intervenir en l'afer
al veguer de Vilafranca. Pocs dies després d'haver tramès la present
lletra, el rei i A. de V. es creuaren a Tortosa i parlaren de l'incident,
segons es dedueix del document que segueix, adreçat a Ferrer de Lillet,
veguer de Vilafranca.

21

Tortosa, 31 octubre [1303]

Credencial a favor d'Arnau de Vilanova.

Ffidei suo Fferrario de Lilleto, vicario Villefranche etc. Cum
nos dilecto phisico et consiliario nostro magistro Arnaldo de Villa-
nova quedam comisserimus vobis pro parte nostra oretenus expo-
nenda, vobis dicimus et mandamus quatenus dicto magistro Arnal-
do credatis de hiis que vobis pro parte nostra duxerit referenda.
Datum Dertuse .ii. kal. nov. anno predicto [1303].

Bernardus de Aversone, mandato regis

(ACA. Reg. 130, f. 168v.)

22

Alcira, 1 desembre [1303]

Reconeix el rei que el seu cambrer A. Messeguer ha satisfet 400 sous barc. a A. de V. sense època.

Nos Jacobus etc. Recognoscimus vobis fideli nostro Arnaldo Messeguerii, de camera nostra, quod ad mandatum nostrum oretenus vobis factum solvistis magistro Arnaldo de Villanova quadringentos solidos barchinonenses a quo nullam apocham potuistis habere; ideo per presentes mandamus magistro Racionali curie nostre vel alii (!) cuicumque a vobis comptum recipienti quod dictos quadringentos solidos in computo a vobis recipiat et admitat. Datum Algezire kal. dec. anno predicto.

Petrus Martini mandato regis

(ACA. Reg. 268, f. 29v.)

23

Calatayud, 13 febrer 1304 [1305]

El rei paga vestits al clergue escuder de mestre Arnau.

Cuidam clerico scutiffero magistri Arnaldi de Villanova pro vestibus quas ipsi concessimus graciosè 270 solidos barch.

(ACA. Reg. 204, f. 266.)

Sens dubte aquest clergue, escuder d'A. de V., és Bernat Oliver. En aquesta quantitat van inclosos uns vestits per a un joglar de Roger de Loria. A. de V. es trobava aleshores pels volts de Marsella de retorn de Roma i Sicília. En aquest viatge passà una llarga anyada. Sortint de Catalunya a darreries de 1303, menà a Marsella una forta campanya contra els dominicans i a favor de les seves teories apocalíptiques, i de primers de juny a primers d'octubre de 1304 restà a Perusa on llegí el 2 juny a Benet XI († el dia 7 de juliol) el tractat *Reverendissime...* (FINKE, *Aus den Tagen...* pp. CLXXVII, ss.) i presentà el 18 de juliol la famosa protesta del Cambrer pontifici (RUBIÓ, I, 33) que li costà uns dies de presó. El Card. Pere Rossi anuncia al rei d'Aragó (6 oct. 1304) que A. de V. se n'havia anat a Sicília (*Acta Arag.* II, 873), on l'octubre o novembre, escriví l'*Allocutio christiani* (*Aus den Tagen...* p. CXCVIICCI). I pel gener de 1305 el metge reial E. Blai sabé que A. de V. havia arribat a Marsella, on s'aturà

un parell de mesos, i ho comunicà a Jaume II (FINKE *Aus den Tagen...* p. 209, nota 2). Sembla relacionada amb la lletra del metge Blai la del rei a A. de V. datada a Barcelona el 6 d'abril de 1305 i, per tant, el retorn a Barcelona d'A. de V. ha de posar-se a primeries de maig. — ¿El donatiu que fa ací el rei a Bernat Oliver no serà en pagament d'haver-li dut la nova de la propera arribada de Mestre Arnau?

24

Barcelona, 24 juny [1305]

Ordre reial de pagar a Andreu Ferrandis, familiar d'A. de V., 190 sous per comprar un rossí, en comptes del que perdé l'any anterior a Saragossa, en venir a veure el rei de part de Mestre Arnau.

Ffidei Thesaurario suo, Petro Boyl etc. Mandamus vobis quatenus de peccunia curie nostre que est vel erit penes vos, detis et solvatis Andree Ferdinandi, familiari venerabilis magistri Arnaldi de Villanova, consiliarii et dilecti phisici nostri, centum nonaginta solidos barch. quos ei damus pro emenda unius roncini quem anno preterito quando idem magister ipsum Andream ad nos misit pro quibusdam negociis nostris amisit apud Cesaraugustam. Et facta sibi solucione, vel cui voluerit loco sui, recuperetis ab eo presentem litteram cum apocha de soluto. Datum Barch. .viii.º kal. jul. anno predicto [1305].

Bernardus de Aversone
mandato regis facto per Jacobum de Plano

(ACA. Reg. 295, f. 10.)

Andreu Ferràndis, clergue de Perpinyà, familiar del Mestre, apareix ací per primera vegada. En el *Testament* d'A. de V. legalitzat a Barcelona el 20 de juliol d'aquest any reapareix en companyia de Pere de Vilanova, nebot d'A., i de Bernat Oliver com a únics beneficiaris del lot d'obres arnaldianes de *Scala Dei*. Segons la liquidació final de la Marmessoria, feta en 1318 (Cfr. R. D'ALDÈS-MONER, *De la marmessoria d'A. de V. en la Miscel·lània Prat de la Riba*, vol. I. Barcelona, 1923), el nostre metge li llegà 100 turonesos d'argent. Pere de Montmeló, barceloní, marmessor d'A. de V. delegà Ferràndis per a signar la liquidació feta pel principal marmessor, R. Conesa i des d'Avinyó 24 d'abril aprovà, fent ús d'aquests poders, la distribució feta per aquest.

25

Barcelona, 25 juliol [1305]

El rei aprova tots els comptes de la sal de Burriana.

Noverint universi, quod nos Jacobus etc. Recognoscimus vobis discreto viro magistro Arnaldo de Villanova, dilecto familiari nostro, quod de redditibus gabelle salis de Burriana tradidistis nobis de anno primo quo ipsa gabella ad manus vestras pervenit bonum comptum et legale sicut scriptum invenimus in quodam quaterno reddicionis compoti supradicti sic quod, deductis expensis gabelle predicte et dampno dato per diluvium aquarum in gabella predicte salis, habuimus nos inde duo mille septingentos .iiii.^{or} solidos et tres obolos regales Valencie. Et quia de reddicione dicti compoti nos reputamus contentos a vobis, facimus vobis finem de ulterius non peciendo, sic quod per nos aut nostros super predictis nulla contra vos vel vestros peticio possit fieri vel demandare, immo sitis inde totaliter absoluti. In cuius rei testimonium presentem cartam vobis inde fieri et nostro sigillo assueto jussimus sigillari. Datum Barch. .xiiii.^o kal. aug. anno predicto.

Petrus Marci mandato regis facto per Thesaurarium

(ACA. Reg. 203, f. 44.)

Aprofità A. de V. el seu curt sojorn a Barcelona (maig a agost 1305) per a liquidar els comptes de la sal de Burriana. Duien aquests comptes Bernat Acenuy i Marc Renard, els seus procuradors a València (*EUC.*, VI, 1912, 99-100). Sobre Marc Renard vegeu el doc. que es publica a *EUC.*, IV, 1910, 496. Bernat Assenuy apareix ja en documents arnaldians de 1287 (vegeu FUSTER, *Bibl. Val.* I, 304) i en 1297 (*Arx. Cat. Val.*, perg. 842-844, 925). Vegeu el que en direm en parlar de Pere de Vilanova. Sobre el quadern de comptes de Burriana, vegeu el document 3; i en l'Inventari que acompanya la liquidació final de la Marmessoria d'A. de V. apareix, sota el n. 73, un volum de *Comptes de B. Acenuy*.

26

Barcelona, 21 juliol 1305

*El rei faculta A. de V. per a vendre per quatre anys el violari
de la gabella de la sal de Burriana.*

Nos Jacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. Concedimus et licenciam plenam damus vobis venerabili et dilecto consiliario nostro, magistro Arnaldo de Villanova, quod illud violarium gabelle salis de Burriana quod ex donacione et concessione nostra habitualiter recipitis ac eciam administratis, possitis per vos vel procuratorem in kalendis mensis januarii primo venturi ad quatuor annos continue numerandos vendere cuicumque seu quibuscumque volueritis et quocumque precio; nos enim quamcumque vendicionem de premissis violario feceritis ad predictum tempus quatuor annorum ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc emptori seu emptoribus ejusdem violarii quicumque fuerint laudamus, approbamus ac eciam confirmamus, promittentes ipsam vendicionem ratam habere et in aliquo non contravenire aliqua racione. Datum Barch. .xii. kal. augusti anno Domini .m.°ccc.° quinto.

Bernardus de Aversone

mandato regis facto per Iacobum de Plano
scriptorem domine Regine

(ACA. Reg. 203, f. 44.)

Vegeu, en relació amb aquest document, ultra l'anterior, el publicat a *EUC.*, III, 1909, 531-532, 534 i sobretot *ibid.* VI, 1912, 99 i 100. Poc després d'aquesta data (21 juliol) degué partir A. de V. cap a Bordeus, on presentà el 24 d'agost la seva protesta per la incautació dels seus llibres feta a Perusa, en morir Benet XI (Rubió I. 33 i FINKE, *Aus den Tagen...* p. CCII-CCXI). Pel camí degué rebre la recomanació de l'afer de l'Arquebisbe Roderic, de Tarragona, que devia recolzar prop del novell Papa Climent V (P. DIEGEN, *A. von V. als Politiker...* p. 102). DU BOULAY (*Hist. Univ. Paris* IV, 107), fiant-se de la *Chronica Bourd.*, de Lurbe, posa que, en aquesta avinentesa, tingué lloc, en presència del Papa, una polèmica entre A. de V. i Domenec (Martí, deu voler dir) d'Ateca. No creiem versemblant aquest fet. El 13 de setembre arribava a Tolosa Mestre A., de retorn de Bordeus, segons comunica Joan Borguny a Jaume II (*Acta Arag.* II, 873).

27

Saragossa, 5 gener 1307 [1308]

Credencial a favor de Pere de Montmeló, familiar d'A. de V.

Consiliario suo, magistro Arnaldo de Villanova etc. Vidimus fidelem nostrum Petrum de Montemolone, qui pro parte vestra... verbotenus expressit; quibus intentis, responsionem fecimus et eundem de intencione nostra informavimus; rogantes vos eidem Petro credatis de hiis que super... vobis pro parte nostra verbo retulerit vel vobis per suas litteras intimabit et... Dat. Cesarau-guste ut supra.

... de Abbatia

(ACA. Reg. 238, lletra i [f. 7 de la foliació preliminar].)

L'existència d'aquesta credencial, bastant malmesa, fou coneguda per FINKE (*Acta Arag.* II, 876), però no la publicà. Pere de Montmeló, barceloní, era familiar i després fou marmessor testamentari d'A. de V., el qual aleshores estava a Avinyó (1306-1307). A allí li escriví Jaume II el dia 11 de febrer de 1306 explicant-li el seu projecte de guerrear contra el rei de Granada (*Acta Arag.* II, 874-875) i acusant-li rebut, el 18 de novembre de 1307, de la lletra tramesa precisament per Pere de Montmeló sobre l'afer (*Acta Arag.* II, 875-876). Retingué el rei l'enviat de Mestre A. fins a primeries de 1308, com es dedueix d'aquest document. Com hem dit, en el *Testament* d'A. és nomenat Pere de Montmeló marmessor seu. No apareix el seu nom en la liquidació final de la dita Marmessoria (1318) per haver delegat els seus poders a Andreu Ferràndis (ALÒS-MONER, *l. c.*); en l'inventari que es dona en l'acta de dita liquidació, apareixen, sota els nn. 182 i 192, dos volums de correspondència creuada entre A. de V. i el seu confident.

28

València, 15 març 1307 [1308]

El rei renova l'ordre de pagar a Andreu Ferràndis els 190 sous que li atorgà.

Fideli Thesaurario suo Petro Marci etc. Nuper dilecto nostro Petro Boyl tunc thesaurario nostro scripsimus sub hac forma: Jacobus etc.¹ Verum, cum dictus Petrus Boyl non solverit dicto

¹ Vegeu el doc. n. 20.

Andree Ferrandi dictos centum nonaginta solidos, ut constat per resignacionem dicte littere que fuit nunc in cancellaria nostra restituta et pro cautela curie lacerata, idcirco mandamus et dicimus vobis, quatenus de peccunia curie nostre que est vel erit penes vos, solvatis dicto Andree, vel cui voluerit, centum nonaginta solidos supradictos. Et facta solucione recuperetis ab eo presentem litteram cum apocha de soluto. Datum Valencie, idibus marcii anno Domini .m.°ccc.° septimo.

Petrus Luppeti
mandato regis facto per Bartholomeum Medici

(ACA. Reg. 296, f. 166.)

29

Saragossa, 3 gener 1308 [1309]

Havent-se venut A. de V. el violari atorgat sobre la sal de Burriana, el rei confirma la donació de 400 sous anuals feta per la seva muller a Jaume de Pla.

Iacobus, Dei gracia Rex Aragonum etc. Attendentes illustrissimam Reginam Blancham consortem nostram... concessice (!) vobis Jacobo de Plano, scriptori ejusdem domine Regine, quadringentos solidos regales habendos... quolibet anno toto tempore vite vestre super redditibus et juribus gabelle salis de Burriana, ex illa scilicet quantitate quam magister Arnaldus de Villanova, dilectus physicus et consiliarius noster, ex concessione nostra habebat et percipiebat ad violarium super redditibus et juribus gabelle predictae; cum eciam violario idem magister Arnaldus, seu procurator eius pro eo, renunciavit ac ipsum restituit, prout in carta donacionis et concessionis dictam dominam Reginam vobis facte plenius continetur; ideo, consencientes dicte donacioni per dictam dominam Reginam vobis dicto Jacobo facte, eamque gratam et ratam habentes, eosdem quadringentos solidos regalium vobis cum presenti carta nostra damus ac eciam concedimus vobis habendos et percipiendos singulis annis, toto tempore vite vestre, in predictis redditibus et juribus gabelle salis predictae, ex quantitate scilicet quam dictus magister Arnaldus habebat, ut predictur, et recipiebat in eis. Mandantes per presentem cartam nostram bajulis generalibus regni Valencie, quicumque pro tempore fuerint, necnon emptori seu emptoribus ac receptoribus seu collectoribus reddituum et jurium gabelle predictae, quod vobis vel cui volueritis solvant quolibet anno,

in tota vita vestra, quadringentos solidos creditos, ut superius continetur. Datum Cesarauguste, .iii.º nonis januarii anno Domini .m.ºccc.º octavo.

(ACA. Reg. 205, f. 225v.)

30

Barcelona, 25 març 1309

Ordre de la reina Blanca al seu tresorer de pagar 400 sous a Jaume de Pla, del violari d'A. de V. atorgat sobre la gabelle de la sal de Burriana.

Blanca etc. Ffidei thesaurario suo, Romeo Geraldí, salutem et gratiam: Cum nos, de assensu et voluntate domini Regis, concesserimus fidei scriptori nostro Jacobo de Plano quod de illa quantitate quam magister Arnaldus de Villanova, dilectus phisicus et consiliarius noster, ex concessione regia habebat et percipiebat ad violarium super redditibus et juribus gabelle salis de Burriana, cui violario idem magister Arnaldus, seu procurator ejus pro eo, renunciavit et restituit, haberet et perciperet anno quolibet, toto tempore vite sue, quadringentos solidos regalium Valencie; et postmodum, quia nos non habebamus in promptu pecuniam de qua possemus satisfacere dicto magistro Arnaldo de Villanova in quinque mille solidos que ei debebantur racione dicti violarii pro tempore transacto, de quibus, tempore dicte renunciacionis, debebat habere solucionem, fuit procuratori ejusdem provisum quod posset penes se retinere gabellam dicte salis per annum presentem, et quod pro anno proxime venturo posset eam vendere pro solutione dictorum quinque mille solidorum. Verum cum dictus scriptor noster supplicaverit nobis quod ex quo ipse non poterat habere et recipere dictum violarium infra tempus dictorum duorum annorum de redditibus seu juribus dicte gabelle, ut ex alia parte sibi in eo satisfieri faceremus; nos vero, nolentes ipsum carere gracia antedicta, supplicacione ipsius admissa, vobis dicimus et mandamus, quatenus solvatis eidem scriptori nostro vel cui voluerit loco sui, dictos quadringentos solidos pro anno presenti; similiter mandamus vobis, quatenus pro anno proxime venturo satisfaciatis eidem in quadringentis solidis antedictis. Et, facta sibi solutione, recuperetis ab eo presentem litteram in ultima solutione, cum apocha in unoquoque anno de soluto. Datum Barch. .viii.º kal. aprilis anno predicto.

(ACA. Reg. 290, f. 73v.)

La Reina al·ludeix al començ d'aquest document a la mateixa donació atorgada des d'Epila el 14 de desembre de 1308 (RUBIÓ, *o. c.*, I, 50) i ratificada per Jaume II el 3 de gener de 1309 (vegeu el doc. anterior). Per aquesta lletra del 25 març renova solemnement dita donació al seu secretari.

31

Barcelona, 22 abril 1309

Jaume II faculta A. de V. que per un altre any pugui vendre la gabeïa de la sal i percebre'n del comprador la quantitat assignada.

Nos Jacobus etc. Per presentes concedimus de gracia et damus licenciam vobis, dilecto phisico et consiliario nostro, magistro Arnaldo de Villanova quod, ultra illos quatuor annos per quos jam vobis consimilem gratiam fecimus de subscriptis, possitis per unum annum vendere seu vendi facere et obligare cuicumque vel quibuscumque volueritis illam pecunie quantitatem quam ex concessione nostra recipiebatis anno quolibet in redditibus nostris gabelle salis Burriane, ita quod ille seu illi cui vel quibus dictam quantitatem seu percepcionem ejus vendideritis seu obligaveritis, habeat et recipiat eam per unum annum post dictos quatuor annos immediate sequentem. Nos enim quamcumque vendicionem seu obligacionem feceritis de predictis firmam esse volumus, eamque teneri et observari auctoritate presencium precipimus et mandamus, ut superius continetur. Datum Barchin. .x.º kal. madii anno Domini .m.ºccc.ºix.º.

Guillelmus Augustini,

mandato regis facto per Petrum Marchi

(ACA. Reg. 206, f. 29.)

A 21 de juliol de 1305 atorgava el rei a A. de V., com hem vist en el doc. 22, que, a partir de gener de 1306, pogués vendre per quatre anys el violari de la gabeïa de sal de Burriana. Ara Jaume II prorroga per un any aquesta gràcia. Fou la darrera vegada que se li atorgava, puix que el nostre metge moria a Gènova el 6 de setembre de 1311 (VILLANUEVA, *Viage literario*, t. VIII, p. 232).

32

Barcelona, 30 d'abril [1309]

La Reina Blanca mana donar a Guillem Jordà 200 sous a compte dels 1.000 que li assignà per al matrimoni d'una germana seva, i dels quals, 800 sous li foren bestrets per A. de V.

Blancha etc. Ffidei thesaurario suo, Romeo Geraldii, salutem et graciam: Sciatis quod nos Bernardo de Speluncis, tunc thesaurario nostro, mandavimus per litteram nostram datam Dertuse tercio kal. nov. anno Domini .m.°ccc.° tercio quod solveret fideli apothecario nostro Guillelmo Jordani mille solidos barch. quos sibi in auxilium maritagii cujusdam sororis sue concessimus graciose; de quibus, venerabilis et dilectus consiliarius et phisicus noster, magister Arnaldus de Villanova pro nobis solvit eidem Guillelmo Jordani octingentos solidos et sic restant ei ad solvendum .cc. solidos ad complementum mille solidorum predictorum. Quapropter mandamus vobis, quatenus dictos ducentos solidos solvatis eidem Guillelmo Jordani, vel cui voluerit loco sui. Et facta sibi solucione, recuperetis ab eo presentem litteram cum apocha de soluto. Nos enim predictam litteram directam dicto Bernardo de Speluncis super solucione dictorum mille solidorum recuperari fecimus ab eo in cancellaria nostra, et pro cautela curie lacerari. Datum Barchinone pridie kal. madii anno quo supra.

(ACA. Reg. 290, f. 76v.)

Bernat d'Esplugues, tresorer un temps de la reina Blanca, vengué pel novembre de 1298 uns censals que tenia a València als procuradors d'A. de V. (Arx. Cat. Val., perg. 875-877). Sobre Guillem Jordà hem vist dos documents a l'ACA., reg. 162, f. 64^v i reg. 163, 36^v.

33

Almeria, 25 agost 1309

Jaume II dona instruccions a A. de V. sobre l'afer d'Almeria.

Item sub forma predicta, rumores prelii continente, fuit scriptum magistro Arnaldo de Villanova, consiliario domini regis. Et ante datam fuit additum quod sequitur:

Sane, licet vos ita liquido, sicut et quilibet alius, satis noveritis

et noscatis quanta dampna, jacturas, incomoda et dolores Dei Ecclesia et cultores ejus, christiane fidei amatores, sustinuerunt usque hactenus a perfidis sarracenis in partibus Ispanie, in dominio regis Granate habitantibus, tam in necibus, captivitatibus, virginum defloracionibus et aliarum mulierum christianarum illusionibus et aliis modis innumerabilibus; tamen hoc vobis in compendio refferentes et notificantes quod negocium adquisicionis regni Granate quod rex ejus in christianorum vituperium obtinuit citra mare in felici ex tunc expedicione habetur, dum tamen quod per illustrem regem Castelle et per nos inceptum est, continuis operibus perseveret, et specialiter in tenendis stricto mari decem galeis et quinque lembis armatis que nos inibi tenemus ne ultramarini sarraceni in partes Ispanie transire valeant in subsidium perfidorum. Ideo vos requirimus et rogamus ex parte Dei et nostra, in universe christianitatis utilitatem, quatenus vos qui in hiis summis insudatis vigiliis, hec velitis omnia domino Summo Pontifici et dominis Cardinalibus explicare et obtinere cum ipso domino Summo Pontifice, modis quibus providencie vestre utilius videbitur expedire, quod ad hoc expedienda, et specialiter ut dicta vasa marina in dicto stricto mari continue teneri possint usque ad tocius negocii adquisicionem et expedicionem, provisionem apostolicam adhibeat et de sumptibus provideat, taliter ne defectu expensarum aut missionum tam utile et tam honorabile toti christianitati negocium deseratur. Quoniam, sicut prediximus, illud tenemus totaliter expeditum, si compleri poterunt que sunt dicta. Si vero vos ad presens in Romana Curia non essetis, visum nobis est multum expediens ut, tam pro necessario cause ad curiam ipsam, licet vobis nimius labor incumbat, personaliter accedatis, circa premissa omnem prorsus daturus operam et diligenciam effectivam; non enim credimus quod possitis quovis tempore pro tam utili negotio Deo et toti christianitati utilius desservire. Sicque vestra probata discrecio laborare proinde aliquatenus non vaci, et rescripturus nobis de eo quid processistis in premissis. Datum in obsidione Civitatis Almarie .viii^o. kal. septembris anno Domini .m^occc^o. nono.

(ACA. Reg. 344, f. 28.)

Hem deixat A. de V. (doc. n. 23) a Avinyó els anys 1306-1307. L'any 1308 fou per ell d'una rara activitat: el 10 de març dicta a Marsella el seu codicil (R. d'ALÒS-MONER, *l. c.*). Per l'agost el veiem a Gènova on sembla que trobà Ramon Lull, el qual treballava ardorosament el mateix afer: la croada contra els musulmans. (*Acta Arag.* II, 878-879). Seria aquest el primer i únic contacte explícit entre ambdós personatges, ja que l'entrevista que hom fixa a Nàpols el 1309 és imaginària i només recolza en textos apòcrifs lullians com són *Experimenta* i

Ars operativa. En canvi, tingué certament R. L. extraordinària intervenció en els plans reformístics del rei Frederic, als quals alludeix en *De quinque principiis* i en *De loquitione angelorum*. Tenim una prova encara, de la coneixença i admiració que sentia A. de V. envers R. L., en la seva llibreria, segons l'inventari de 1318, apareix un text llatí en hebreu, i en l'*Inventari* de 1311 un altre, del qual sabem el començ: *Quaesivit amator a bonitate...*—De Gènova sortí Mestre Arnau cap a Sicília, on féu la famosa interpretació dels somnis del rei Frederic (*Heterodoxos españoles*, ed. 2.^a t. III, pp. XLIX ss.) i dictà les normes de vida evangèlica que recomanà després el monarca sicilià a Jaume II (*Heterodoxos*, pp. CXVI ss., LXXXIII ss. i LXXIX ss.). A primeries de maig de 1309 es trobava A. de V. a Roma (FINKE, *Ausden Tagen...*, p. 225) i a primeries de juny era a Barcelona (*Heterodoxos...*, p. LXXI i *Acta Arag.* II, 880-882). Pel juliol i agost de 1309 romangué a la Cort pontificia d'Avinyó, on tingué el famós *Rahonament* que tan d'enrenou li ocasionà (*Heterodoxos...*, pp. XCII ss.). Quan el document que transcrivim ací arribà a Avinyó, segurament A. de V. ja n'era fora, camí de Sicília novament.

34

Almeria, 25 gener 1309 [1310]

Jaume II demana a Climent V que li certifiqui del que digué A. de V. en la seva presència, pertocant a l'ortodòxia reial.

Sanctissimo ac Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, domino Clementi, divina Providentia sacrosancte Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici. Jacobus, Dei gracia rex Aragonum, Valencie, Sardinie, Corçice, comitisque Barchinone ac prescripte sancte Romane Ecclesie vexillarius et Capitaneus generalis ejus devotus ac humilis filius pedum oscula beatorum: Sanctitati Vestre serie presencium notum fiat nos nuper, a quibusdam pretendentibus diligere honorem nostrum et domus nostre, in Romana Curia existentibus, litteras recepisse in quibus notificatum est nobis, quod venerabilis magister Arnaldus de Vilanova, dum fuit ultimo Avinione, coram Sanctitate vestra et Cardinalibus, audiencia sibi data, inter multa que dixit, retulit infrascripta: dixit enim quod illustris rex Ffedericus, karissimus frater noster, dubitaverat diu utrum tradicio evangelica de abrenunciacione temporalium propter Christum esset ab invencionem hominum vel divinitus inspirata, et dum sub tali dubio ejus animus fluctuaret, apparuit sibi quadam nocte in sompnis domina regina, mater communis nobis et sibi, velata facie, suadens ei quod mundum contempneret et divinis obsequiis inhereret, et quod pro certo teneret et crederet quod traditio

evangelica non fuerat humanitus set divinitus instituta; et de hoc nullatenus dubitaret. Antea adhuc dictus rex Ffredericus in eodem dubio permaneret, iterato in sompnis modo consimili eidem apparuit dicta mater, et consimiliter verbo retulit supradicta; tercio vero iterato eidem apparuit facie revelata et verba similiter pertulit suprascripta; et tunc prefatus rex Ffredericus recognovit illam fuisse matrem suam que sibi apparuerat et retulit supradicta. Dixit eciam quod prefatus rex Ffredericus misserat pro ipso magistro Arnaldo quod veniret ad eum in Sicilia ut sibi prefate visionis misterium explicaret. Dixit eciam quod, modo consimili, nos fueramus in eodem dubio, utrum prefata tradicio fuisset ab invencione hominum vel divinitus ut predicatur inspirata, et quod, modo consimili, vidimus in sompnis dominum regem patrem nostrum eo modo et ordine que dictus rex Fredericus viderat matrem nostram, qui dixit nobis eadem verba que mater nostra dixerat jamdicto regi Frederico; et quod nos similiter misseramus pro dicto magistro ut nobis visionem predictam plenius explanaret. Cum autem nos audivimus et intelleximus supradicta, fuimus nimium admirati et vehementi turbacione comoti, tum quia nunquam ea audiveramus nec in animo nostro fuerant, tum eciam quia nos dubitare in fide quam ut princeps catholicus toto corde, tota mente et toto conatu diligimus, colimus et servamus veritatis contrario inducebant, consideraveramus quia ut hec bonitati vestre certa continuo faceremus. Interim autem predictus magister Arnaldus hiis diebus nostram adivit presenciam, cui nos de premissis verbum fecimus, et qualibet nobis hec significata fuerant curavimus per ordinem explicare, qui nimia admiratione ductus et afirmans se nunquam talia sub tali interpretatione vel intellectu dixisse, supplicavit a nobis humiliter ut seriem rei hujus deberemus exponere et referre Apostolice Dignitati. Nos vero tum dicti magistri precibus, tum quia honoris et status nostri inmemores esse non convenit, set continui zelatores, hec omnia Sanctitati Vestre tenore presencium nunciamus humiles, supplicantes quatenus de Vestra Bonitate procedat nostrum de propositione, si quam de verbis predictis prefatus magister exposuit coram Sanctitate Vestra et Reverendis Cardinalibus, regium animum informare, et de scriptis in quibus dictus magister super hac materia litteratorie proposuit jubere ut ad nos copia autentica per latorem presencium transmittatur. Qui cuncta disponit, personam vestram etc. Datum in obsidione Almerie .viii. kals. februarii anno Domini .m^occc^o. nono.

Bernardus de Aversone, mandato regis

(ACA. Reg. 335, f. 348.)

A marxes forçades s'allunyà A. de la Cúria papal a primers de setembre de 1309. El dia 13 d'aquest mes el rei Frederic acusava rebut al seu germà de la lletra que li havia tramès pel nostre metge (FINKE, *Nachträge und Ergänzungen zu den Acta Arag.* en *Spanische Forschungen* IV, 1933, 457-458). La polseguera que aixecà el *Rahonament* entre els enemics d'A. de V. fou enorme. No trigà gaire a assabentar-se'n el Comte-Rei i tot d'una escriví a la Cort Siciliana manant a l'inquiet Metge que anés a sincerar-se a la seva presència. A Almeria anà A. de V. per mar; hi arribava a mitjan gener de 1310 (*Acta Arag.* II, 886). De la versió que donà del *Rahonament* d'Avinyó conservava el seu autor dues còpies (Inventari de 1318 nn. 186, 260: R. D'ALÒS-MONER, *l. c.*) ; es veu, però, que no satisféu del tot al rei aquest text i, a precís del mateix A., en demanà aleshores al Papa el text autèntic, segons és de veure en el present document.

35

Catània, 2 febrer [1310]

Frederic de Sicília felicita el seu germà Jaume II per la victòria assolida a Almeria i li anuncia la partença de Mestre A. de V. cap a dita ciutat.

Serenissimo et inclito domino Jacobo... Serenitatis vestre literas datas in obsidione civitatis Almarie .viii. kal. sept. anno Domini .m^occc^oviii. quas nobis ... profectus est ad partes ipsas venerabilis magister Arnaldus de Villanova ad vos duximus transmittendum ... Datum Catanie .ii. febr. .viii^a. indictione.

ACA. CRD. Jac. II, caixa 56, n. 1014.)

Aquesta lletra, malmesa i gairebé il·legible, fou vista per FINKE (*Acta Arag.* II, 887). Per ella ens assabentem del gran retard amb què rebé el rei Frederic la perduda lletra que li adreçà Jaume II, comunicant-li els primers èxits de la guerra de Granada. En l'endemig i per conducte més ràpid, degué rebre's a la Cort siciliana la comunicació del Comte-Rei perquè A. de V. es personés a Almeria. Sortí A. de V. a primers d'any 1310 i féu el viatge per mar, en companyia de Sanç d'Aybar. Quan Frederic escrivia aquesta lletra, el nostre Metge ja estava de retorn, per terra, cap a Sicília. El 15 ó 16 de gener degué arribar al campament de les tropes assetjadores d'Almeria, puix que el 17 del dit mes el rei ho comunicava així al seu germà (*Acta Arag.* II, 886); i el 25 del mateix mes li feia saber el retorn de Mestre Arnau. Era aquest portador de la lletra reial per a Climent V, en què el nostre monarca li demanava còpia autèntica del *Rahonament* d'Avinyó. Sanç d'Aybar, en canvi, degué fer el retorn per mar i fou portador de senyals lletres, entre les quals la esmentada a Frederic (*Acta Arag.* II, 886 i *Spanische Forschungen* IV, 1933, 459) i una altra a Conrad de

Lancea (*Acta Arag.* II, 887). A primers de febrer arribà Arnau de V. a Barcelona, on el tresorer reial li lliurà 33 sous, 4 diners, segons consta en el Registre 272, f. 70^v de l'Arxiu del R. Patrimoni. El 19 de febrer era a Marsella, si no anem errats. D'aquesta data creiem, en efecte, les dues lletres que Finke i Rubió creuen d'igual dia i mes de 1308. La primera (RUBIÓ I, 42-44) va adreçada a Jaume II i en ella al·ludeix la dissolució dels Templaris i el *Rahonament* d'Avinyó, que situa a últims d'agost de 1309. També A. de V. tramet còpia d'una nova lletra a Climent V, la qual apar així mateix al·ludir en l'anterior (FINKE. *Pappstum und Untergang des Templerordens*. Münster 1907, II, 93.) Fins a primeries de juny no arribà A. de V. a Avinyó puix que a 8 d'aquest mes anuncia el Papa al rei d'Aragó que ha donat ordres al Card. Berenguer Frérol de trametre-li còpia autèntica del *Rahonament* sollicitat (*Heterodoxos*, t. III, p. CXXVII; VILLANUEVA, *Viage lit.*, t. XIX, apènd., doc. XLIX). La demanda reial al Papa fou lliurada a primeries d'abril, com és de veure pel document que ve a continuació.

36

Avinyó, 15 abril 1310

Robert de Nàpols a Blanca, reina d'Aragó i germana seva, sobre l'ambaixada de Jaume des Pla i A. de V.

Inclite principisse domine Blance, Dei gracia illustri regine Aragonum, carissime sorori sue, Robertus, eadem gracia Jerusalem et Sicilie rex, salutem et fraterne dileccionis affectum: Scire vos cupimus quod expedito votive negocio pecunie pro quo inter alia Jacobus de Plano, notarius vester, ad partes istas pridie missus fuit, ita quod pecunia ipsa per eum Guidoni de Chinneveriis militi et camerario vestro tradita extitit vestigio ad cameram vestram per eundem militem deferenda, nos eundem Jacobum pro alio negocio quod apud nos prosequi habuit per certa capitula que nobis obtulit cum litteris credencie magistro Raynaldo (sic) de Villanova commisse ex parte viri vestri, Aragonum regis illustris, carissimi fratris nostri et vestra huius negotii expedicio ad deliberandum inde consulti, maiorem moram quam credebamus exegit, retinui-mus et retinemus adhuc ut super eodem negocio quid exitus finaliter deliberatum fuerit possimus vos per eum plenarie informare; quoniam que consulte geruntur, morosius peraguntur. Quamobrem dictum notarium vestrum, de mora huiusmodi apud nos contrahenda propterea excusatum habere velitis; in predicto etenim utroque negocio eam sollicitudinem et diligenciam hucusque studuit adhi-

bere, quod inde dinoscitur merito commendandus. Datum Avenione die .xv. aprilis, .viii. indiccione.

Inclite principisse domine, illustri regine Aragonum, carissime sue.

Rex Jerusalem et Sicilie .

(ACA. CRD., sense classificar.)

Cedit aquest document pel Sr. Alós.

37

Lleida, 6 agost [1310]

El rei acusa rebut a R. Conesa d'unes butlles trameses a ell per A. de V. i retransmeses a Jaume II per Bernat Vidal.

Fideli suo Raymundo Conesia, clerico etc. Quia per litteram vestram missam nobis noviter postolastis ut de recepcione quarumdam litterarum domini Summi Pontificis missarum vobis per discretum magistrum Arnaldum de Villanova, dilectum fisicum nostrum, quasque nobis missistis per Bernardum Vitalem, de camera nostra, vos certificare dignaremur, ideo vobis presentibus intimamus quod dicte papales littere ad manus nostras pervenerunt que nobis exhibite fuerunt per Bernardum Vitalem superius nominatum. Datum Ilerde .viii^o. idus aug. anno predicto.

Bernardus de Aversone, mandato regis

(ACA. Reg. 238, f. 195v.)

L'estada d'A. a la Cort Papal fou aquesta vegada breu. En absència d'Avinyó Jaume de Pla i despatxada la resposta de Climent V (*Heterodoxos* III, p. CXXII), veient els curials que l'afer afectava A. de V., li trameteren la resposta pontificia amb encàrrec de fer-la a mans de Jaume II, ço que féu Conesa el 6 d'agost. El 17 de juny, en trametre-li aquesta butlla, A. de V. aconsellava al rei *gran tranquillitat de cor* per tal que pugui *entendre la veritat de les premisses e la conclusió de tot* (*Acta Arag.* II, 694-695).

38

Barcelona, 1 octubre 1310

Jaume II assabenta el Card. Berenguer que ha tramès una justificació seva al Papa de les imputacions que li féu A. de V. i prega que insti perquè es llegeixi l'esmentada lletra en públic Consistori.

Reverendo in Christo patri domino Berengario, divina providencia episcopo Tusculano, sacrosancte Romane Ecclesie Cardinali, speciali amico suo. Jacobus etc. salutem et debitam reverenciam cum honore: Paternitati vestre serie presencium intimamus quod olim existentibus nobis in obsedione civitatis Almarie significatum nobis fuit de Romana Curia per aliquos amicos nostros, quod magister Arnaldus de Villanova in quadam proposicione quam fecit coram Sanctitatem Apostolicam in consistorio privato, aliqua verba dixit et protulit nos et illustrem regem Ffredericum, karissimum fratrem nostrum, nimium tangencia, videlicet quod nos et ille dubitaveramus utrum tradicio evangelica esset ab invencione hominum vel divinitus inspirata. ...¹ Hec, igitur, vobis de quo plenam ac indubitatam fiduciam gerimus, veluti de illo quem probatis experimentis sepe cognovimus nostri honoris amatorem existere diligentem, sic longo stilo describimus ut apud vos premissorum veritas clarius innotescat super eisdem; et sub prescripti stili materia sanctissimo in Christo Patri ac domino Domino Clementi, divina providencia Sacrosante Romane et Universalis Ecclesie Summo Pontifici, scriptum nostrum dirigimus speciale, ut et ipsi assimili rei certificacio plenius illucescat. Rogantes Paternitatem Vestram, quatenus, honoris nostri intuitu, operam dare velitis ut tenor dicte nostre littere quam super hoc dicto domino Summo Pontifici destinamus, per eundem dominum Summum Pontificem audiatur. Et quod eciam, sicuti predicta propositio facta falso et mendaciter per dictum magistrum Arnaldum fuit lecta in consistorio, sic hec nostra littera in consistorio assimili perlegatur. Si qua in regnis nostris Paternitati Vestre occurrerint placida, ea quesumus fiducialiter requiratis. Datum Barchinone, kal. oct. anno Domini .m^occc^o. decimo.

Idem: [Bernardus de Aversone mandato regis
cui fuit lecta et qui in parte correxerat eam]

(ACA. Reg. 336, f. 20.)

¹ Suprimim tot el cos d'aquesta lletra per correspondre literalment quasi amb l'adreçada al Papa i al Card Mincio, ja publicades.

El cos d'aquesta lletra és idèntic a la tramesa al Card. Mincio de Murrovalle, en igual data (P. JOSEF M. POU, *Jaime II de Aragón, el card. Mincio de Murrovalle, O. F. M. y A. de V.*, 1310, en *Arch. Ibero-Amer.* XX, 1923, 110-112). Simultàniament sortia l'adreçada al Summe Pontífex (RUBIÓ, I, 51-54; *Acta Arag.* II, 892-895). Uns quants dies abans, el 24 de setembre, comunicava el rei al seu germà Frederic la ingrata nova; el 4 d'octubre li trametia còpia dels *Rahonaments* d'Almeria i d'Avinyó, juntament amb la lletra papal rebuda, i li aconsellava que volgués sincerar-se davant Climent V i que trenqués amb A. de V. (*Acta Arag.* II, 895). A últims de 1310 o començos de l'any següent pervingué aquesta missiva a mans del monarca sicilià (*Heterodoxos*, t. III, p. CXX), el qual respongué que no veia tals contradiccions i que no desempararia Mestre A., aleshores al seu costat (*Acta Arag.* II, 897). El mateix A. de V. cuità a dir a Jaume II que ningú no podria privar-li d'estimar-lo, malgrat tot; i en penyora d'aquest apreci, ja que sap que està malalt, li recepta un remei (*Acta Arag.* II, 701-702). Aquesta és la darrera missiva coneguda d'A. de V. al nostre monarca.

39

Calatayud, 4 febrer 1311 [1312]

Lletra a G. Esquerrer en què Jaume II alludeix les negociacions iniciades per A. de V., ja mort, entre Robert de Nàpols i Frederic de Sicília.

Jacobus, Dei gracia rex Aragonum etc. Ffideli suo consiliario Guillelmo Esquerrerii, salutem et graciam: Recepimus litteram vestram per quam significastis nobis plenarie adventum vestrum ad partes Neapolis et omnia que fecistis cum magnifico principe, karissimo fratre nostro Roberto, Jherusalem et Sicilie rege illustri; super hiis quibus vos ad eum misimus et specialiter super facto auxilii nobis exhibendi in adquisicione Sardinie et Corsice regni nostri, et super eo quod idem rex ordinavit de vobis ut iretis ad illustrem principem Ffredericum, Trinacrie regem, karissimum fratrem nostrum, pro expeditione eorum que inter reges ipsos per venerabilem quondam magistrum Arnaldum de Villanova tractate fuerunt, quorum nos, volentibus partibus, debemus existere executor. In qua littera inter alia continere vos ... Calatayubi, pridie non. ffebruarii anno Domini .m^occc^o. undecimo.

Bernardus de Aversone, mandato regis, et fuit ei lecta

(ACA. Reg. 341, f. 33.)

Com és sabut, A. de V. morí a Gènova el 6 de setembre de 1311, de pas cap a Avinyó (VILLANUEVA, *Viage lit.*, t. VIII, p. 232). Sense

precisar, data d'aquest any la mort d'A. la *Chronica* que conté el ms. 676, f. 15 de l'Arx. Cat. València: "En aquest, ço és en l'any M.CCC.XI., morí Mestre A. de V. qui fou metge solempnial natural de Cervera del Mestrat." Relacionades amb la present lletra i aHudint la mort de Mestre A. tenim les del rei Robert i de Guillem Esquerer a Jaume II (*Acta Arag.* II, 705) i la d'aquest a Frederic i a Robert (*Acta Arag.* II, 706 i 708).

40

Saragossa, 6 novembre 1312

Ordена el rei als marmessors testamentaris d'A. de V. que retinquin dels seus béns la quantitat equivalent a la que reclama Maria, monja dominica, filla del famós metge, com a legitima atorgada pel seu pare a favor del monestir.

Jacobus etc. Ffidelibus suis Petro Judicis et Raymundo Conesa, manumissoribus et exęqutoribus testamenti magistri Arnaldi de Villanova quondam, salutem etc. Cum soror Maria, de ordine predicatricum, dicti magistri Arnaldi filia, cetereque sorores monasterii sancte Marie Macdalene civitatis Valencie, tam racione legitime competentis, ut dicitur, in bonis dicti magistri Arnaldi dicte filie sue, quam aliis de causis asserant jus habere in bonis qui fuerunt ipsius magistri Arnaldi, et supplicatum nobis humiliter fuerit pro parte earum ne bona ipsa permitamus distrahi dividi sive alienari in prejudicium juris sui; ideo, supplicacione predicta benigne admissa, dicimus et mandamus vobis, quatenus de bonis qui fuerunt dicti magistri Arnaldi quondam retineatis penes vos usque ad quantitatem quam dicta soror Maria et dictum monasterium in eisdem bonis sibi asserunt pertinere, donec sorori Marie predicte et jamdicto monasterio satisfactum sit super ipsis vel eisdem factum fuerit justicie complementum. Datum Cesarauguste .viii^o. idus nov. anno predicto.

Petrus de S. mandato regis facto
per fratrem Guillelmum Aranyonis

(ACA. Reg. 150, f. 196.)

Vegeu l'anotació del doc. 43.

41

València, 21 gener 1313 [1314]

Nomenament de jutge en el plet entre el monestir de dominiques de València i els marmessors testamentaris d'A. de V.

Jacobus etc. Dilecto judici curie nostre, Guillelmo de Jaffero etc. Causam seu questionem quam venerabilis et religiosa Priorissa et Conventus monasterii sancte Marie Magdalene civitatis Valencie, ordinis predicatorum, movent seu movere intendunt in bonis et super bonis que quondam fuerunt magistri Arnaldi de Villanova quondam, racione donacionis per ipsum magistrum Arnaldum ipsi monasterio facte inter vivos de redditibus censualibus et juribus aliis que habebat in civitate Valencie et terminis suis, et racione eciam legitime quam asserunt ad ipsum monasterium pertinere in bonis ipsius magistri Arnaldi, racione Marie, filie sue, sororis dicti monasterii, vobis per presentes ducimus comittendam. Mandantes vobis quatenus, vocatis qui evocandi fuerint de plano, absque strepitu iudicii et figura, prout condicio ordinum postulat et requirit, eaque auctoritate nostra fine debito terminetis, maliciis et difugiis quibuslibet pretermisissis. Nos enim in hiis vobis per presentes committimus vices nostras. Datum Valencie .xii^o. kal. febr. anno Domini .m^occc^o. tercio decimo.

Guillelmus Luppeti, mandato regis

(ACA. Reg. 152, f. 198v.)

42

Montblanc, 13 juliol 1316

Jaume II recomana al bisbe de València el plet entre les Dominiques i R. Conesa.

Jacobus etc. Venerabili in Christo Patri Raymundo, divina providencia episcopo Valentino, salutem etc.: Cum intellexerimus quod conventus sororum ordinis ffratrum predicatorum monasterii sancte Marie Magdalene civitatis Valencie habent questionem seu demandam in bonis qui fuerunt Magistri Arnaldi de Villanova quondam pluribus racionibus sive causis, et ex hoc per priorem dicti monasterii fuerimus pluries requisiti quod faceremus eis fieri

justicie complementum, et quia ille qui detinet ipsa bona est persona ecclesiastica que ad forum vestrum noscitur pertinere ex quo nos personaliter vos rogavimus de predictis et, secundum quod nunc intelleximus per supradictum priorem, non sit predicto monasterio satisfactum; idcirco vos requirimus quantum possumus et rogamus quatenus dictis sororibus seu earum procuratori faciatis satisfieri in predictis absque strepitu et figura judicii, breviter, summarie et de plano, maliciis et diffugiis quibuslibet pretermissis; quia cum dicte sorores sint pauperes et religiose non debent gravari laboribus seu expensis, set in suo jure debent invenire gratiam et favorem, taliter in hiis vos habendo, quod non oporteat eas ad nostram presenciam recurrere iterato. Datum in Montealbo .iii.º idus julii anno Domini .m.ºccc.ºxvi.º.

Franciscus de Bastida,
mandato regis facto per fratrem Petrum, confessorem

(ACA. Reg. 161, f. 25v.)

43

València, 13 novembre [1322]

Ordre al batlle de Requena que ajudi a la captura de Sor Maria de Vilanova.

Infans [Alfonsus] etc. Dilectis judici et alcaldis Requene etc. Cum soror Maria de Villanova et soror Sancchia Luppi, moniales de ordine predicatricum, Dei timore postposito et verecundia rejecta, aufugerint a monasterio predicatricum civitatis Valencie, clausuram ipsius monasterii infringendo; et ut pro parte Prioris conventus dicti monasterii didiscimus apud locum Requene predictum se receperint; ideo, ad dicti prioris humilem supplicationem, vos requirimus et rogamus, quatenus quando per dictum priorem vel alium ejus nomine requisiti fueritis, jamdictas moniales cum rebus quas secum asportarunt capiatis et captas tradatis ipsi priori vel eius nomine requirenti. Ex hoc enim justicie satisfacietis, idque gratum habebimus et acceptum. Datum Valencie idibus novembris anno predicto.

Berengarius de Rajadell,
mandato domini Infantis facto per Petrum de Boyl

(ACA. Reg. 387, f. 156.)

Per *Testament* d'A. de V. (20 jul. 1305) eren nomenats marmessors seus Pere Jutge, Ramon Conesa, Pere de Montmeló i Jaume de Pla. En fer-se l'*Inventari* del 6 desembre de 1311, aquest darrer ja era mort. La Testamentaria d'A. de V. donà feina a R. Conesa, principal i gairebé únic marmessor, per deu anys. Entre els plets que suscità no fou el menys important el de Sor Maria, monja dominica de València i filla del nostre Metge. Nascuda abans de 1280, sembla ingressà al dit monestir vers 1292. La muller d'A., Agnès, apareix ja en el primer document conegut sobre el Mestre, datat a 18 d'agost de 1281 (*Acta Arag.* II, 872) i en la cessió del castell d'Ollers (*EUC.*, III, 1909, 140 ss.) del 7 gener de 1289; el nom de la filla comença a aparèixer, ja dins el monestir, el 21 novembre de 1291 (Arx. Cat. Val., perg. 757), i altra vegada en el *Testament* esmentat. Existia, segons la liquidació final de la marmessoria (1318), una donació d'A. de V. a favor de Maria, de 100 sous censuals sobre un forn que tenia a la parròquia de St. Bartomeu, de València, datada, dita donació, en aquesta ciutat el 16 de març de 1281. Pel document que fem públic ara veiem que, ran de la mort d'A., les monges sollicitaren del rei que manés als marmessors retenir part dels seus béns fins a la quantitat equivalent a la legitima; el 21 de maig de 1319, Sor Maria confessa haver rebut de Conesa els censos llegats pel seu pare, corresponents a 1311-1318 (Arx. Cat. Val., perg. 1538-1539); el rei havia confiat l'examen del plet a Guillem de Jafer, com és de veure pel nostre document núm. 41. Si hem de creure Fuster (*o. c.* I, 305), el 13 de juny de 1322 fra Arnau Burguet, Prov. dels dominicans d'Aragó, donava permís a P. Benrell i a fra Miquel de Fraga, procurador del monestir de València per a rebre i traspasar a Sor Maria la legitima atorgada per sentència de 26 de maig. Un cop rebuda la quantitat i, per divergències suscitàdes tal volta entre les monges, Sor Maria de Vilanova i Sor Sanxa López, el 13 de novembre del mateix any, s'escaparen del monestir i es refugiaren a Requena (vegeu doc. 43). Sobre Fra Miquel de Fraga, O. P. hem vist dos documents a l'ACA, reg. 172, fol. 46v i reg. 377, foli 34.